









1743.

1. Puzos, Andreas: *Vindiciae canonicae juris Divini. apostolice. pontificie. ecclesiarum.*

1744.

1. Hammer, Alexander: *De eo, quod jure publico universali. circa collegia, praesertim litteraria; juris est.*
2. Hammer, Alexander: *De jure principis catholici circa sacra.*

1745.

1. Boeris, Joh. Henr: *De reservato postea non Caesari proprio, et qua tali a Statibus imperii agente.*
2. Boeris, Joh. Henr: *De onere probandi, subditis in religione a domibus territorii Dissentientibus, regulantes incumbente, si jus reformandi ad unum normalem censum et limitatum obtineat.*

1746.

1. Hammer, Alexander: Origo Diverfaliorum juris publici,
in unum altera de communibus utriusque serenissimae
Domus et archiducalis Habsburgicae Austriae, et
Alsatio - Lotharingicae Ducalis origines, altera
de capitulatione novissima, utrum illa, atque
communis saluum consensum admodum, legibus
imperii fundamentalibus post tabulas Bonae
purs accenseri queat?

2. Hammer, Alexander: De jure directorii in circulo
Franconico sede Bambergensi vacante reveren-
dissimo, et illustrissimo ecclesiae imperialis
Bambergensis capitulo indubie competente

1747. Germanice, juris prudentibus
Bocus, Joh. Hieronimus: De indole et natura
sua domestica nunquam destituta

1748

Boeris, Joh. Henr: De potestate statuum imperii,
subtilis sub diversa relogoribus in seclis fereis,
legibus imperii non in congrua

1749

1^a et
= Boeris, Joh. Henricus: De indole ac natura
jurisdictionum Germaniae tam antiquarum, quam
recentiorum ad statum juris publici modernis,
succincte explicata

1750.

Boeris, Joh. Henr: Dissertationis juris Germanicae
ritibus, locorum, renunciationsibus filiorum, illam
Strius et opinionis Decuper, licet communis,
tractatum.





IOH. HEINRICI BOCRIS, ICTI, 2
IN AVLA REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI EPISCOPI AC
PRINCIPIS BAMBERGENSIS CONSILIARII INTIMI, IVRIS PVBLIGI,
ET PRAXEOS PROFESSORIS PVBL. ET ORDINARII, M
FACVLTATIS IVRID. P. T. DECANI,

DE 1747. 16
INDOLE AC NATVRA
IVDICIORVM GERMANIAE
TAM ANTIQVORVM, QVAM RECENTIORVM
AD STATVM IVRIS PVBLICI MODERNI,
SVCCINCTE EXPLICATA,
COMMENTATIO IVRIS PVBLICI.



CVM PERMISSV SVPERIORVM.

BAMBERGAE,
A N N O M D C C L I I.

5

IOH. HEINRICI BOGRII, 1041
IN AULA REVERENDISSIMI AC CESSANTISSIMI RHEGNI
PRINCIPIS PALATINI IN GERMANIA INTIMAE MAJESTATIS
ET HONORABILIS THEOLOGICI PUBLICI ET ORDINARIJ
ACADEMIAE P. A. DECANI

DR.

INDOLE AC NATURA
IUDICIORUM GERMANIAE
TAM ANTIQVORVM QVAM RECENTIORVM
AD STATVM IVRIS PVBLCI MODERNI
SVCINCTE EXPLICATA
COMMENTATIO IVRIS PVBLCI



BY THE PRESS OF THE UNIVERSITY

LEIPZIG
ANNO MDCCCIII





DISSERTATIO
IVRIS PVBLICI INAVGVRALIS, *)
DE
INDOLE ET NATVRA IVDICIORVM
GERMANIAE TAM ANTIQVORVM QVAM
RECENTIORVM AD STATVM IVRIS PVBLICI
MODERNI, RITE EXPLICATA.



§. I.

iuribus constitutis, Iudicia eo magis necessaria fuere, quia sine his nec vigor Legum subsistere, nec Pax Reipublicae interna inter ciues conseruari potuit. BOEHMER *iur. publ. vniu. pag. 499.* Vnde HESIODVS.

*Hoc vno Reges olim sunt sine creati,
Dicere ius populis, iustaque tollere facta.*

Ius igitur constituendi iudicia et personas ius reddentes est sequela iuris Maiestatici indubia in antiquissima Germania, teste IVLIO CAESARE *de bello gall. L. IV. c. 23.* in pace nullus

A 2

*) BENEDICTI SCHMIDT, Vorchemii, hab. d. Nouembr. 1749.



Ius communis erat Magistratus, sed Principes Regionum inter suos Ius dicebant, controuersiasque minuebant. Raræ erant lites inter eos, modus procedendi breuis ac sine strepitu forensi comparatus. Ratio tam compendiarîi ordinis Iudiciarii forte in eò est, quoniam penes illos plus boni mores valebant, quam alibi bonæ Leges, TACITVS *de moribus Germ. c. 19.*

§. II.

Progressu temporis, stante Regno Francico, penes Reges Ius hoc Maiestaticum, constituere Iudices et Iudicia, vnice quaerendum, SPENER. *im Teutschen Staats-Recht L. II. c. 10. §. 1. n. b.* Dum hanc circumstantiam in historia eius aevi deprehendimus, Subordinatio certa Iudicum eorum qui vices Regum explebant, simul adparet. Primo ordine Maior domus nominandus, qui tanquam Praefes iudicii supremi Regii hinc inde legitur. FREDEGAR. *C. LXXX.* Secundo ordine Comites simul sub nomine Iudicum in medio aeuo occurrere, vel omnibus iis patet, quibuscum est cognitio rei Germanicae antiquae. In euoluenda vocis etymologia certe non morabimur, cum plurimos iam eruditos circa hoc studium satis occupatos sciamus, quare B. L. merito ablegamus ad BESOLD. *Thef. voc. Graff.* BRUMMER. *de Scabinis cap. 2. §. 8. 17.* KOPP. *de insigni differentia inter Comites et Nobiles immediatos.* Id monere sufficiat, nomen hoc fuisse dignitatis et officii Iudicum, cum enim Germani nostri omni tempore magni habuerint senes, credere enim viros illos esse rerum peritissimos, facile nunc coniecturabis, vnde vocabula MAIOR NATV, SENIOR suam trahant originem, quare quoque occasione
Iudicum

Iudicum antiquorum tam saepius obuenant. HERTIVS
not. vet. Germ. pop. P. I. c. 4. §. 7. si igitur rei Iudiciariae
 praefecere canum virum et expertum, *einen grauen und er-
 fahrnen Mann*, hoc requisitum, quod quasi de essentia cre-
 didere veteres, effecit, vt iudicibus de hinc nomen Gra-
 uionum impositum fuerit, ICTIONE Ciuili et Criminali in-
 structis. MEINDERS *de Iudiciis centenariis et centumuiro-*
libus c. 7. §. 26. pag. 191.

§. III.

Illud singulare adhuc tangimus, ne ratione nominis
 et rei alicui sit haesitatio; Comites alias ex descriptione TA-
 CITI plane distinguendos esse ab iis, quos nos haecenus et
 aetas Iunior sub nomine Iudicum occurrere volumus.
 Iuxta TACITVM Comites fuisse plebeios, iudices autem ex
 Nobilitate selectos legimus. Ast confusio haec ex eo fa-
 cile dilucidari potest, Tacitum, hominem Latinum Ger-
 manorum instituta saepius ad Romanam decempedam di-
 metientem Scabinos, seu Assessores, Comites dixisse et eos
 enunciaisse plebeios, Iudices vero et Comites Principes no-
 minasse, TACITVS *cap. 13.* Scabinos hos fuere ingenuos,
 monstrauit HERTIVS *Not. Regni Franc. c. 5. §. 26.* quos
 TACITVS plebeios dixit, alibique dictos Rathimburgios
 monstrat DV FRESNE *haec voc.* Horum Senioremem egisse
 Comitum Vicarium HERTIVS probat. *loc. cit.* omnia haec
 confirmat celeberr. MASCOV. *Geschichte derer Teutschen pag.*
56. das Richter-Ambt war bey ihnen so geehrt, das die Vor-
nehmsten mit darzu gezogen wurden -- so wurden zum Rich-
ter-Ambt insgemein Leuthe gewählet, deren graues Haar gleich-
sam ein Zeichen ihrer Erfahrung war, non tantum vero in

pagis, *Gauen*, aut dioecesibus suis extra vrbes, sed et in ipsis ciuitatibus ius dixere Comites, locum iudicii in campo patente sub dio celebrabant, quod saepius *Mallum* appellabant, iudicium ipsum erecto signo indicare consueuerant. GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonis C. LXVI. n. 1. 2.* MEINDERS in *Vindiciis Libert. antiq. Saxon. S. Westphal. pag. 53.* ECCARD. *ad Leg. Salic. Tom. II. c. 1.*

§. IV.

Duces et Comites sub Regimine Carolidarum et in successu medii aeuo magis erant *Regni* quam *Regis* Ministri et Magistratus: CONRING *de negot. conuent. §. 20.* Comites quidem intuitu rerum politicarum et rei militaris Ducibus suberant, licet alias intuitu rei iudiciariae immediate Regi parebant, et ad hunc appellationes a sententia grauante Comitibus transibant, Ducibus vero propterea non maior quam aliis Comitibus in suis pagis et ciuitatibus competeat auctoritas, ita vt olim magis officii, quam dignitatis differentia Duces inter et Comites conspicua fuerit, vti illud euincit AVCTOR *des Berichts vom Adel in Teutschland pag. 38. seq. ad Cap. I. Sect. V. des Graffen- und Ritter-Saals et pag. 106. ad. ei. P. II. Sect. 1.* a latere vero in iudicando erant *Scabini*, qui ius pronuntiabant, iudice rogante, iurato *auf ihren Eid*, quod praestabant antea ad signum illud, quod Comitibus in loco iudicii erigere solitum fuit, GRYPHIANDER *de Weichbildis L. XVI. n. 5. 6. 10.* BRUMMER. *de Scabinis c. 6. §. 3.* inde formula illa *adiurare Scabinos* in *Charulariis* tam frequenter occurrens, LINDANI *antiquit. Tameraemond. L. 3. c. 8. pag. 106.* Signa enim in iudicii loco erigere antiquiori aeuo erat quidpiam quod omittere ne-
fas

fas erat, vel de essentia potestatis iudiciariae requirebatur. Vnde illud et in Iudiciis poenalibus obseruatum legimus. Vexilla signi loco adhibuisse Veteres dum iudices criminales extitere, abunde constat, vnde *Bannerherr* dictus, qui Iudicium criminale habebat. BESOLD. *Thef. pr. voc. Bannerfabn.* GUNDLING. *diff. de feudo vexill.* §. 17.

§. V.

Porro et ille mos erat omnibus in Germania Iudiciis solemnibus, iudicem scilicet assidentes sibi Scabinos interrogasse sententiam, vnde eidem nomen *Frager* item *Mahnner* hinc inde vsu venit, ita in Dipl. Limburg. 1414. *desselben Herr Schultheißs soll das Gericht zu der Zeit besitzen und Frager Jeyn.* Vid. LVNIGS. *Spicileg. Sec. T. I. pag. 59.* de vocabulo *Mahnner* vero vide MENCKENS *Scriptor. T. I. p. 451.* ibi: *in Curia feudali Comitis est BALLIUIVS quem Curiae monitorum MAENHERE vocant: nobis quoque documentum patriae innotescit, vbi in absentia sculteti Senatui licebat eligere einen Frager, priuilegium illud concessit Wenceslaus de dato Norimbergae 1397. auch thun wir ihnen diese sondere Gnade, das die ehengenannte Burger des Raths zu Schweinfurt einen Frager und Richter setzen sollen, als vornehmlich mann und wie oft das geschicht, das sie ibres Vogts oder Schultheißsen der zu der Zeit ist zu Gericht ungefährlich nicht gehaben mögen.* Iudex ipse, comparato ita assessu Scabinorum in causarum euolutione suffragio caruit, sed decisio a Scabinis vnice pependit, qui vel ex templo sententiam aut ad deliberationem causae secesserant ACTA LINDAV. pag. 709. *des nahmen sich die vier Keller um die Vrtheil ein Bedencken, etc.* FAVST in der *Limburgischen Chronick*

nick pag. 74. ibi: da stund ein Ritter mit Nahmen Herr Dieterich Waldbode, und fragte von der Herren wegen die Schöpffen zu Limburg, das sie auch den Eid sagten, wofür sie die Herren hielten, da gingen die Schöpffen aus, und nahmen einen Rath, und kommen wieder, und versprächten sich. Quod vero ita de iudiciis minoribus tanquam obseruantiam iudiciale ex antiquitate adferimus, id etiam in Iudicio Imperiali factum saepius legimus, quare merito vsu forensium Iudiciorum supremorum normam fuisse inferioribus concludimus. Imperator, vt Iudex Principes Imp. suos Assessores interrogare solebat, exemplum adferamus de Sigismundo de anno 1431. ap. SCHOTTEL. de variis iuribus Germ. pag. 186. fragten die Fürsten des Rechten, und ernannten sie recht in der Sache zu erkennen, item anno 1417. und nach unserer Frage, ward von denen Fürsten, die bey uns an dem Rechten saßen, zu recht gesprochen. LVNIGS. Corp. Iur. feud. Tom. I. pag. 178. seq. hanc distinctionem tamen intuitu Scabiorum et Principum suppeditat historia Imp. posteriores scilicet in confessu Imperiali non vti Scabini auf ihren Eid, sed sub fidelitate Imperio debita, fuisse monitos ad iustitiam dicendam, MENCCKEN Tom. I. Scriptor. pag. 122. causa igitur controuersa si ad supremum Caesaris Iudicium deferebatur, desuperque sententia iuris postulabatur, Assessores omnium ordinem monitu Imperatoris causam, habitis inter se Consiliis, agitabant, communiter quoque ferebant super illam sententiam. Formulae adsunt quam plurimae quae asserta nostra fortiter corroborant, ita Imp. Fridericus I. inquit: *requisita a Principibus sententia, an id fieri liceat, adiudicata et communi Principum et totius curiae assensu*

assensu approbata, LVNIGS *Corp. Iur. feud. Tom. I. p. 395.* illud tamen e multis, quae ad manus erant locis obseruare licuit, quae iterum aliquam differentiam a Superioribus indicant. I.) Caesarem scilicet ipsum ius dixisse, sententias ergo Assessorum ad Statum consilii esse redigendum, ita anno 1160. ex sententia omnium Procerum Sacri Palatii, qui aderant idem Fridericus, et dein Henricus Rex anno 1230. ita loquuntur. *Talis a nobis lata fuit sententia et ab omnibus adstantibus approbata.* KETTNER. *antiq. Quedlinburg. pag. 219.* LVDEWIG. *Script. Bamberg. Tom. I. pag. 1126.* ita porro Carolus IV. saepius vnice plenitudinem suae potestatis in sententiis vrget, de quo tamen quod Consilio Principum omniumque ordinum ius reddiderit, palam est; Conf. MATHAEI *tr. de iure gladii, c. 30. pag. 471.* ibi: *Sane Principum Comitum, Baronum, ex Nobilium nostrorum ex S. R. I. fidelium accedente CONSILIO de Imperiali nostrae potestatis plenitudine decernimus.* II.) Patefcere potestatem Caesaris priuatiuam circa rem iudiciariam, vel ex eo, dum certos ex arbitrio et a se pro lubitu electos ordines Imperii in suos Assessores, dum Iudicio praefedit, vere constituerit, vbi vere nulli alii, re ita comparata, nisi vnica voluntate Caesaris determinati in Iudicio praesentes erant, hoc fieri non potuisset, si causas controuersas ad Conuentum Principum deferre, Caesarem oportuerit, huic neque licuisset hos vel illos pronuntiare Iudices, caeterosque excludere pro lubitu, si praesentia omnium Comitibus interuentium necessaria fuisset, vel iure proprio et suo, assidere iudicio Imperiali Statibus licuisset. Sequentia diplomata assertis nostris fidem faciant: ita Rex Conradus III. anno 1150.

Spirae Iudicium de iuribus quatuor officialium Corbeien-
 sium Ministerialibus Imp. committit, et in fine nominat
 eos, quos delegata Ictio Iudicii capaces reddidit, Dipl.
 hoc exhibet PAVLINI *tr. de Aduoc. Monast.* §. 36. et fere
 eodem modo Sigismundus Ictionem delegauit anno 1417.
 ap. LVNIGS *Corp. Iur. feud. Tom. I. pag. 178.* III.) Ex hoc
 assensu non semper inferri illud, quod Principum Ius di-
 cunt, *das Fürsten-Recht*, veritas asserti exinde elicitor,
 quod enim ab arbitrio Caesaris pendet, quodue ipsi facere
 vel omittere licet, illud pro iure constituto minus praedi-
 cari poterit, probat id illud exemplum, ex quo Assessores
 eligere penes Caesarem fuisse asseruimus, nec propterea
 potest circumstantia ad iura obligatoria Caesaris, neque
 ad ius quaesitum statuum antiquum referri, Principes ad-
 fuisse sententiae latae, cum iterum non soli, sed vniuersus
 populus actui illi adstaret, et approbaret Caesaris Elo-
 gium, dum in causis litigiosis Consilio Principum et sen-
 tentia liti finem imponeret, quod igitur omnis Germa-
 niae populus facere poterat, Principibus solis in vim *des
 Fürsten Rechts* minime salua obseruantia imperiali, attribu-
 ere possumus, sed ad probationem huius circumstantiae
 nos accingimus: ita RVDOLPHVS I. anno 1275. vniuersi
 populi mentionem iniicit, *coram nobis inquit cunctisque
 Principibus, Praelatis, Baronibus, Militibus et vniuerso po-
 pulo, qui eodem curiae assidebant etc.* HVND. *Metrop. Sa-
 lisb. Tom. I. pag. 54.* Peruestiganti diplomata et historiam
 medii aevi nulla haesitatio supererit, ad iudiciorum decre-
 ta etiam plebeii ordinis populi que circumstantis assensum
 accessisse MEICHELBECK. *Histor. Frising. Tom. I. P. II.*
 pag. 248.

pag. 248. pag. 249. 350. Sed ne asserti illius probatio emanat, in terminis Consilii substituisse proceres Imp. Caesari Iudicanti adstantes, illud tantum addimus, vt sententia Ordinum pronuntiata plenam vim Iuris consequeretur, eam confirmare antea Caesaris erat officium et ius eminens. Ita Fridericus I. anno 1174. rem suam gessit. conf. *BVTKENS Troph. Brab. Tom. I. pag. 43. ibi: ad corroborandam itaque principum sententiam et huius rei certitudinem perpetuandam sententiae prolatae validitatem privilegii nostri auctoritate confirmamus*; et pariter Wilhelmus Rex ap. *FAVLINI hist. Visbec. pag. 80. vnde cum sit id iuri consonum et consentaneum nos sententiam istam ratam et gratam habentes auctoritate Regalis Culminis confirmamus eandem, et ab vniuersis ac singulis mandamus ipsam inuiolabiliter obseruari.*

§. VI.

Prima instantia in Praxi Imp. antiqua, vt in hodierna si non fundata erat in ipso comite, tamen in ipsius sub-iudicibus puta Vicariis, Scultetis, Centenariis, et Missis, qui lingua eius aevi *Iuniores* audiebant. vid. *DV FRESNE hac voc. LEHMANN Chron. Spir. Lib. 2. c. 23.* Sculteti erat officium minores causas in specie debitorum excutere, dein in villis minoribus partem Regiminis suam simul fecit *WARNEFRID Lib. VI. de gest. Longob. c. 24.* Assessores ad numerum Septenarium in Iudicio Comitum vt plurimum erant adstricti, licet et duodennarius non sit infrequens, *LEHMANN dict. loc. c. 22.* et licet numerus Septenarius ferre ex aetate Carolingica iamiam originem suam traxerit, ille tamen iunioribus temporibus quinimo saeculo decimo

quinto adhuc usu venit, Germani enim in rebus arduis, e. g. si delinquentem criminaliter condemnare volebant, ut id coram septem testibus spectatae fidei contingeret, serio curarunt, sic *Spec. Sax. Lib. 2. Artic. 22.* numerum Septenarium commendat add. HEINECCIUS *Element. Jurisprud. Germ. Lib. 3. §. 194.* hanc quoque fuisse consuetudinem communem, attestatur WEHNER. *Obs. pr. voc. besiebnen.* Recordamur eam consuetudinem Suinfurti quoque olim viguisse et speciali Maximil. I. privilegio ex post fuisse eliminatam legimus, id quod sequentia palam faciunt. *Es haben uns Burgermeister und Rath der Stadt Schweinfurth fürbringen lassen, wie bey ihnen eine Gewohnheit und alt Herkommen seye, das sie den übelthätig verläumbten Personen, so das Leben verwircket haben mit sieben Gezeugen, die ihr Eid darum thun beweisen und übersiebnen müssen, darauf ihnen dann viele Kosten lauffen, auch ie zu Zeiten gering leichtfertig Eid geschworen worden, das sie etc.* Vid. MOSERS *Reichsstädtisches Hand-Buch. Sub.rubr. Schweinfurth.*

§. VII.

Quodsi vero aliquis ad comitem rite citatus contumax emanferit, poena banni locum obtinebat *Lex Sal. tit. 59. §. 1.* Bannum contumaciae in antiquissimis temporibus modus erat coercendi immorigeros, itaque conseruandi ICTIONEM Imperii, quare coniecturamus reliquias banni in Camera alias vsitati ab illa antiquitate remansisse, cuius exemplum in causa *Waltheri Coumatte* in vim praxis hodiernae restat. Ducum Comitumque vero prima instantia erat
coram

coram Iudicio Palatino HINCMARVS *Epist. III. c. 21* fit quoque hinc inde mentio praesentiae Regis, eiusque iussionis CAPITVL. *L. 3. c. 77.* de hoc Iudicio vide sis PFEFFING. AD VITRIAR. *L. I. tit. 2. pag. 937.* STRVV. *Syntag. Iuris publ. c. 20. §. 14.* Iudicii Palatini et mentionem iniicit ADAM. BREMENSIS *in histor. Lib. IV. c. 3.* ibi COMES HERMANNVS (Saxoniae) secundum Iudicium Palatii exilio relegatus. AVTOR vitae Henrici IV. de hoc Imperatore enarrat, quos (Principes scil.) assuetos sceleri per Edictum coercere non potuit per censuram Legis et ius curiae correxit. Ita Leges Palatinae eae erant, secundum quas ius in Camera Imperiali administratum fuit, ut LAMB. SCHAFFNABURG. *ad anno 1075.* dum refert Saxones ab Henrico IV. petiisse, ut copiam det Rex tuto coram veniendi et tuto causam dicendi, ut secundum Palatinas Leges iusta examinatione habita puniat conuictos etc. obliicient nobis forte alii Iudicium Francorum vel Ius Principum fuisse forum competens idque proprium ordinum Imperii hinc et Ducum, et Comitum, veritatem huius rei non in totum inficiari cupimus, Iudicis Palatini tamen sua Ictione illaesa, Materiam ipsam, quae hoc illustrat Thema fusius exponere apud animum constituimus, difficulter id fieri, nemo negabit, dum ICi et Interpretes Iuris Publici mox in hanc mox in illam partem cum sententiis suis rapiantur, ac ita rem ipsam dissensibus suis obscuram relinquunt, inter quos primario refer CONRING. *de Iudic. Imp. §. 23.* SCHOTTEL. *von unterschiedlichen Teutschen Rechten.* KEMMERICH *I. P. Lib. V. c. 8. §. 37.* HYPOLIT. a LAPIDE *de rat. Status P. I. c. 10. Sect. 2. et 3.* HENNIG, *de Summa Imp. potest. Curiae Sec. c. 3.*

STRVV.

STRVV. Syntag. Iur. Publ. c. 24. §. 6. 7. SPENER. teut-
sches Staats-Recht. Lib. 2. c. 10. §. 2. n. 9.

§. VIII.

Tempore medii aevi ordinum controuersiae cum hac
distinctione dirimi solebant; ita ut eorum causae priuatae
ex Iussione Caesaris coram Comite Palatino ut plurimum
praesente Rege vel Imperatore definirentur, quodsi vero
causa vel officium alicuius Comitis, Principis et Ducis, vel
ipsius delictum concerneret, in conuentu Imp. sub Prae-
sidio Regis ea decideretur, indicia eiusmodi, quae dubium
originis fere nullum post se relinquant, sub Regimine
Conradi II. vere apparent. WIPPO *in vita eius pag. 456.* so-
lennitates processus in eo deprehenduntur, ut I.) reus ter
citari deberet, ut ipsa citatio vero illi per Principem esset
insinuanda. II.) Causa, quae ICTIONEM ipsam Comitalem
fundaret, concerneret *Leib, Ebre, Leben, Lebn, und Erbe
eines Fürsten.* III.) Quod Imperatori competierit in tali
Iudicio illustri praesidium, aut si impeditus forte ipsius vi-
ces gerere deberet Praeses, Principali dignitate corruscans.
IV.) Quod *Iudicium Principum* Assessores simulque Prin-
cipes postulauerit, deinde nouus dissensus Iuris Publici
prodit, dum ius Principum hodierno systemati minus con-
forme esse, masculae defendant alii, simulque id demon-
strare satagant, illud iam dudum stante hodierno Syste-
mate exoleuisse, alii contrarium vero obtineant, et ita prae-
primis ad hodiernam praxim Comitalem illud applicare
et tanquam ius per saecula retro viciens illud depingere
studeant. Ut etiam pro iis stet praxis communiter, ad
praeiudicia, reliquias Iuris Principum monstrantes prouo-
cant,

cant, allegant scilicet exemplum de Banno Imperii in Ducem Alberti Austriae, in Fridericum Electorem Palatinum, Ducem Iuliacensem edicto, argumenta praxis modernae deducunt sub Regimine Friderici III. cognitae teste GERARD DE ROO *Hist. L. VII. pag. 240. L. XVIII. pag. 276.* MULLER *Reichstags-Theat. P. V. c. 70. pag. 701. 702.* Successio quaedam Hennebergica liti implicita anno 1444. ad Norimbergensia comitia delata, ibique decisa legitur ap. MULLER *l. cit. c. 19. §. 8.* ita in controuersa Successione Landshutana anno 1503. Imperatori, Electoribus, et Principum decisioni referuata legitur, causa ipsa vero ad Ius Principum pertinens, publice et quasi in contradictorio declarata ADELZREITER *Ann. Boiu. P. II. L. IX. n. 71.* et MULLER *in T. R. Staat. L. II. c. 18.* et si REINCKINGIO *de Regim. Saec. et Eccles. Consil. 9. c. 19. n. 29.* fides habenda in causa *Hessen* contra *Hessen*, licet lis cognitioni Iudicii Imperialici subfuerit, attamen definitiua e Comitibus anno 1623. consilio Principum adhibito, tandem emanauit, quo finaliter referendus casus Banni Ducis Saxo Gothani, turbis Grumbachianis anno 1566. impliciti, de quo plura ap. LANGUET *Hist. B. Gothan. pag. 822. 824.* nostrum vero non est tantas componere lites, illud vero omittere nolimus argumenta vtriusque partis vel fauentium Iudicio Principum, vel ab illo dissentientium ad commoditatem Lectoris breuiter contrahere, vt primo intuitu pateant, quae sint, succinctum deinde nostrum iudicium addendo.

§. IX.

Illi igitur quibus et hodiernum ius Principum cum suis sequelis adhuc placet, id sequentibus inniti fundamen-

C

tis

tis afferunt, quos inter sequentes Autores principaliter nominare licet *Electa Iuris Publici de anno 1694. p. 31. AVTOR SCRIPTI* Erörterung der Frage, ob bey denen an die allgemeine Reichs-Versammlung gegen das Cammer Gericht ergriffenen Recursibus Statuum von ermelttem hohen Iudicio ehe und bevor über die angebrachte Gravamina daselbst ein Schlus gefasset wird, ein Bericht abzufordern seye. Unpartheyische Prüfung der jüngsthin zu Regensburg zum Vorschein gekommenen so genannten Erörterung der Frage, ob bey denen an die allgemeine Reichs-Versammlung etc. etc. cui addatur unpartheyisches Bedencken über die Rechtmässigkeit und Reichs-herkömmliche Art und Weise der Berichts-Erforderungen bey dem Sachsen Meinungischen Recurs den Gleichischen Casum betreffend, contra Scriptum primum surrexit vir quidam illustris, Pseudonymus quidem, ast aliunde notissimus, Ius Principum nunquam extitisse solidissime, vti solet, in Scripto huius nominis deducens CAESARINVS FÜRSTENERIVS von des Kayfers ICTION quod secutum alius libellus inscriptus Von des Kayserlichen-Cammer-Gerichts ICTION. Affirmantium vero vel eorum, qui defensum eunt Ius Principum, argumenta in nuce exhibita forte haec sunt. Apparrere scil. I.) Ex ordinatione Curiae Friderici II. Iudicium Principum fuisse a ICTIONE Caesaris ita Separatum vt Ordinarius Iudex causas Principum ad forum suum vel plane non assumere poterit, vel incompetenter traxerit, vnde clare sequatur Ius Principum perperam cum ICTIONE Caesaris in regula confundi, verba ipsa, quae clausulam concernentem sistant, ita apponimus. Wir setzen auch das des Reichs-Hof habe einen Hof-Richter, der ein freyer Mann seye,

fey, der soll alle Tag zu Gericht sitzen, ohne - - und soll die Leuth richten, die ihm klagen von allen Leuthen, ohne Fürsten und andere hohe Leuth, wo es gehet an ihr Leibe, oder an ihr Recht, oder an ihr Leben, oder an ihr Ehre wollen wir selber richten. II.) Aliam deinde constitutionem Rudolphi I. Herbipoli anno 1291. in Comitibus factam, idem illud probare quam LEHMANNVS exhibet in der Speirischen Chronick L. V. c. 8. ibi: Wir setzen das des Reiches-Hoff habe einen Hoffe-Richter, der ein Frey-Mann seye, der soll och alle Tage zu Gerichte sitzen, one die Sontage, und soll alle Leuthen richten, die ihm klaget, und von allen Leuthen one Fürsten und andere hohe Leute, sw es ihn gat an ihr Lip, oder an ihr Recht, oder an ihr Erbe, oder an ihr Leben, das wollen wir selber richten. Cum quo fundamento insigni congruere dicunt III.) Ordinationem Curiae Alberti I. quam nobiscum communicat GOLDAST Sammlung von Reichs-Satzung. P. II. p. 27. porro IV.) adistere huic Iuri Constitutionem quandam Sigismundi ap. GOLDAST l. cit. sub rubr. wie ein Fürst dem andern für Römisch Reich laden solle. Denique V.) obseruantiam Imperialem in hac lite optimum testem hinc optimum iudicem praestare, ex historia Imperii eiusque aetatis apparere, scil. in luculentis exemplis, quin Caesarem ipsum confessum fuisse Ius illud, quod affirmantes in praesenti probatum eunt. Ita in Concilio Constantiensi in causa Successionis Ducem Lauenburgicum inter, et Ducem Saxoniae Fridericum occurrere formalia. Cum secundum morem, Stylum et Consuetudinem S. R. I. feudalis contentio per Dominum feudi et Pares Curiae determinanda sit, li-
quere hanc quaestionem, si qua praetendi potuerit ad Imperatoris

et Archi - Principum S. R. I. Electorum pertinere notitiam. Alibi Imperatorem ita fuisse locutum reperiant, *die Churfürsten und Fürsten, die bey ihm zu Gericht geseffen, haben Urtheil gesprochen.* Vltimum huius obseruantiae testimonium, viridem praxin Iuris illius asserens, e vita Friderici III. anno 1448. arcessendum esse contendunt; Imperator enim in Literis ad Henricum Ducem Bauariae datis illud palam confitetur, *so ist doch unser Meynung nit gewiesen, und auch noch unser Meynung nicht, das solch Recht in unsern Cammer-Gericht, das wir mit niedern Personen, dann Fürsten und um Sachen die unserer und des Reichs-Fürsten Leib oder Leben nicht berühren, besessen, zwischen euer Liebden soll oder solte aufgetragen werden, sondern allein vor unser Majest. und unserer und des Reichs-Fürsten, die wir zu uns setzen werden.*

§. X.

Etiam Negantium nunc argumenta et quidem ad ductum perillustri AVCTORIS Libelli *von des Kayfers Iction* in medium proferre nobis liceat, ita tamen, vt litem minime nostram faciamus, sed vt Status Controversiae eo dilucidior in oculos incurrat: ad imum enim Argumentum regerunt affirmantes ex loco allegato, siue ex Friderici II. constitutione Curiae praeuia intimiori pensitatione neque apparere, vel conclusionem aliqua elici posse illud, omnes causas Principum a cognitione Iudicis Curiae fuisse exclusas, quapropter tale Argumentum exinde melius posset euinci, non omnia negotia vel controversiae Principum iuxta hanc Legem ad conuentum comitalem deferri debere, sed ad iudicium Curiae rite pertinere, deinde nec illam sequelam
in lo-

in locis, quae probationis gratia ab affirmantibus adferuntur, minime deprehendi asseuerant: ponamus Caesarem in certis causis Iudicium sibi soli reseruasse, ergo causae eius generis vel in antiqua vel hodierna praxi ad comitia tanquam ad forum competens pertinebit, ibique Sententia Principum indigebit; prono econtrario alueo sequentia Argumenta in vim Conclusionis ex ipsis affirmantium adductis Argumentis sequi adfirmat A V T O R ille, quoniam in allegatis locis potestas Caesaris priuatiue iudicandi in causis *die derer Fürsten Leib, Ebre, Leben und Regalien betrefsen*, satis appareat, et ab aduersariis praeterea sit in confesso, quale necessario, ea ipsa omnem concurrentiam alterius coniudicis euidenter excludat, ita vt nulla ex loco allegato necessitas concludatur, in tali Iudicio admittere Patres Curiae, et ita demum formatum iudicium concedere reis in Consilio Parium Curiae, attamen semper a Caesaris arbitrio, vi probationis, penderet, adsciscere tales Assessores, quales ipsi soli viderentur Status, quorum delectus deinde vel nemini, quem adaequata adfessus notio pateret, cum Comitibus antiquis vel hodiernis assimilari poterit. Adde, si e Systemate Imperii primo intuitu tanquam veritas illud in oculos incurrerit, nexum, cum quo Caesar et Status, rebus sic Stantibus omni aeuo colligantur, non ideo inuentum fuisse, vt propterea in Iudicio et in causis controuersis tanquam Iudices et Assessores Caput cum membris consideret, facilis tibi deinde conclusio aderit ea, si Caesar sibi Ictionem aliquam in Constitutionibus Imperii expresse reseruauit, per consequentiam ab illa exclusos dici Status tanquam a re ad nexum illum Imperii

perii non pertinente, sed in Classe Reseruatorum reperienda.

§. XI.

Pergit ille A V T O R perillustris cum aliis argumentis thesin suam vterius corroborare, addit inde illam consequentiam nunquam Status Imperii fuisse concessuros, Imperatorem sibi aliquid priuatiue, vti factum est, attribuerè et ICTIONEM illam priuilegiatam et cumulatiuam exclusis aliis facere suam, si modo ipsis Statibus, vti hodie asseritur, vere constitisset, iis ad Exercitium ICTIONIS, quam in specie putamus, et in recensitis casibus omnino concurrèdius fuisse antiquum. Monstrant acta publica Principibus omni tempore illud curae cordique fuisse, Priuilegia sua, quo manerent intacta et integritatem inuigilarent, sin contrarium statueres, ita sub euidenti praeiudicio Iurium suorum docuissent, quin aperte approbassent actum, per quem Caesar exclusionem eorum tunc palam declarasset. Quoad 2dum Argumentum siue constitutionem Rudolphi I. ap. GOLDASTVM illud Responsonis loco ex aliis adfertur quemadmodum neque ex antecedenti Friderici II. loco probari potuisset thema probandum. *Causas Principum Iure Imperii in Comitibus praecise definiiri debere, eodem modo thesin hanc pari modo nec e loco Rudolphi obtineri posse contendunt. In contrarium potius ex analogia Iuris Publici eius aevi facile illud euinci posse, Caesarem in causis Principum vnicum extitisse Iudicem, omnibus aliis omnino exclusis, probabilius fiat hoc assertum EX RECESSV IMP. de anno 1291. unser Hove-Richter soll och minneme vertragen, er thue e denn mit unsern sonderlichen Gebor-*

*Gebothe, er soll och niemann ze achte thun, noch us der achte lassen, wann das sulu wir selber thun und wollen anders niemann gestatten, das er sich damit uberlade: si his praemissis genuinum sensum huius constitutionis expendis, illud exinde indubitanter sequi videbis, Imperatorem Rudolphum sibi soli pro more illius saeculi potestatem declarandi in bannum, et ab indicto liberandi reseruasse, idque eodem modo vt sibi in illa allegata constitutione Fridericus II. talem potestatem attribuerat. Quare, quae asserta sunt, dubio suo carent. Iudicium formare priuatue in causis *derer Fürsten und anderer hoher Leuthe Leib, Ehr, Regalien oder Lehn betreffen*, dum enim in posteriori loco neminem ad declarationem banni admittere declarat, sed hoc suum proprium esse adseuerat, eo ipso Caesar pro vnico Iudice in causa vbi ad declarationem banni agitur se venditat, consequenter Status collegialiter sumtos ad negotium illud minime concurrere in publico notum facit. Contradictoria ergo si aliter cogitares in opinione tua vix euitare posses. Quomodo enim vnienda illa formalia *wollen anders niemand gestatten, das er sich damit belade*, cum hoc sequenti asserto. Principibus Imp. ius competiit vna cum Caesare in causa banni Iudicare et Sententiam ferre iudicalem, quod si igitur Imperator sibi in negotio arduo Iudicium priuatue clarissimis iudiciis reseruauit, nec reseruatio haec aliter potest explicari vt in causis leuioris momenti Iudicium suum pariter vel sub eiusdem circumstantiis esse declarauit.*

§. XII.

Quoad tertium siue quoad illam speciem probationis, quam ex Comitibus Basiliensibus sub tempore Sigismundi petunt

petunt affirmantes ex hac magis sequelae ipsis adfirmantibus sinistrae quam tales, quae adfero Iuri Principum patrocinentur, sequi, adstruit Auctor noster, quem tanquam contradictorem saepius iam allegauimus. Sensus constitutionis breuiter contractus in eo subsistit. Caesarem posse in causis, *die eines Fürsten Leib, Ebre, oder Fürstlich Lehn betreffend, wohl an seiner statt zu einem Richter niedersetzen einen Weltlichen oder Geistlichen Fürsten, oder einen Gefürsteten Abbt.* Ex his nunc ita argumentatur. Quicumque ICtionem super omnes causas Principum, quicquid ea concernant, alteri delegare valet, vt ille eandem antea sibi soli adscriberet, necesse est. Veritas dicti exinde patet, quomodo enim alteri et quidem priuatiue ius quoddam concedere potuisset, quali tamen cum Principibus collectiue sumtis demum gauderet. Patere ex allatis vberius, plane nil in Constitutione Sigismundi contineri, quod ICtioni Caesaris derogaret, multo minus illud reperiri, causas Principum sistere obiectum comitiale, quis enim credat vocabulum *einen Fürsten niedersetzen*, esse idem illud ac conuocare comitia, deinde illa libertas *Fürsten niedersusetzen, sie seyen Geist- oder Weltlich*, Caesari relinquit electionem, quosnam velit, in Consilium vocare vero obligat, vt omnes conuocet, quod tamen idea comitorum suppeditat, et ab ea vix separabile euadit.

§. XIII.

Deinde porro ius Principum in medio aeuo eo minus probabile dicit AVTOR saepius citatus, cum e notitia Imperii cuilibet perscrutatori Status Germanici illico pateat
in

in antiquioribus saeculis omnem ICtionem fuisse penes Caesarem, hocque ita perdurasse, vsque dum iunioribus temporibus pristina officia in feuda temporaria ex his denique haereditaria euaserint, ac ita Statum Imp. ita mutarint, vt Status hodie propria, olim officiali ICtione conspicui adsint, hoc assertum ergo omnem verosimilitudinem superare, Status iam in hoc medio aeuo et in Statu Administratorio, vel in consortium, vel participationem ICtionis cum Caesare peruenisse, cum in se officialis nomen eo tempore inficiari minus poterint, obseruantiam quoque pugnare cum Iure Principum referente LEHMANNO *Chronic. Spirensē* L. 5. c. 89. ibi enim aliqui Comites nominatim DE ZOLLERN, LYPFF, NIFFEN, et GVNDELFINGEN detraclasse seruitia feudalia praestare aduersus Papam, Caesarem de facto denegationis admodum iratum fuisse, Venientes, et Rothwilam conuentum conuocasse, quo Principes poenam Comitum eorum refractariorum determinarent, quam ibi in multuarium poena enunciarunt, qua sententia Principum vel ea propter Caesar minus contentus extitit, quoniam terrae Comitum feuda essent Imperii, de rebus Imperii vero et Caesaris non fieri Satisfactionem ipsi credidit, sed poenam Capitaalem, vel corporis esse statuendam, mitigasse quidem Imperatorem poenam, quam ipse distitauerat, ex actis illis constat, a sententia tamen Principum solum recessisse, aliamque dixisse simul exinde apparet, confectaria exinde emanantia aduersari Iuri Principum nunc adseuerant. I.) In arbitrio olim Caesaris fuisse causam talem, quam pro obiecto Principum tradunt

D

dunt

dunt deferre ad comitia, vel secus Comites per supplicas rogasse Imperatorem, ne solus super ipsorum factum cognosceret, causam Principum sententiae relinqueret, sane supplicis et prece non fuisset opus, si iure Imperii res fuisset per se obiectum comitiale, deinde II.) Ex eodem Principio Caesarem fuisse Ictonis fontem illud simul sequi continuant, dum Statibus cognitionem in causis et delictis attribuimus, praeiudicialiter cessionem Caesaris in Status esse probandum, quomodo enim in Status abs cessione transire potuisset cognitio, cum stante hoc Systemate Imp. Caesaris ius Maiestaticum fuerit. Porro III.) illam veritatem praesentem casum inferre, licet Status ii, ad quos Caesar Iudicium aliquod detulit, votum suum et sententiam Caesari apperuisent ab ea recedendi tamen illi fuisse potestatem, et ex aduerso proprio Iure aliam statuere poenam, vel delicti Satisfactionem, vti Comitum exemplum allegatum monstret, omnes circumstantias illam sequelam prodere, in arbitrio Caesaris fuisse, quicquid circa Iudicium Principum ordinare placuerit, nec obligationem de observantia Imperii sequi decreta Comititalia.

§. XIV.

Tot quoque Praeiudicia in Historia Imperii occurrere pergunt, quae Caesarem solum Iudicem designent in causis, quae hodiernum ius Principum fundare dicuntur, quot extent forte de confessu et concurrentia Principum, ita exemplum occurrit sub Regimine Ludouici Bauari insignis, quo lis de illustri Imperii feudo per Caesarem tantum

tum, excluso interuentu comitali decisa fuit: locus affirmans extat ap. eundem *AUTOREM von der ICtion des Kayfers pag. 30.* (Albertus et Otto Duces Austriae) Ludouicum Regem accefferunt, et in Linza colloquia miscentes, et Carinthiam sibi tradi efflagitant ratione maternae haereditatis, quae Filia Mainhardi Ducis Carinthiae extitit, afferentes Carniolam ad se legitime deuolutam pro eo, quod Duces Carinthiae eam vadis nomine a suis Progenitoribus possederant, Ludouicus igitur videns sibi assistentiam Ducum Austriae necessariam, adiudicauit fieri petitiones eorum, et tertio nonas May solemniter de vtraque inuestiuit anno Domini 1335. Haec et alia exempla, quae per illustri *AUTORI* non defuere, illud concludere ipsi ansam dedere, in casibus recensitis apparere obseruantiam Imperii, tempore Ludouici Bauari Caesarem in causis arduis et omnibus illis, in quibus hodie Recursus fundari videtur, absque Consilio Principum Iudicem fuisse et definitorem.

§. XV.

Dubium et hoc, quod in eo adferunt, admodum titubans efficit assertum Ius Principum. Quodsi illud iuxta tradita affirmantium de periodo ad periodum viguerit, Reliquiasque suas in praeiudiciis hodiedum ostenderit, conceptu admodum difficile esse, Electores demum in *CAPITVLATIONE FERDINANDI III. Art. 30.* illud tanquam ius Imperii nouum pepigisse, Caesarem absque praescitu, Consilio, et Permissione Electorum neminem in bannum Imperii declarare debere, vbi principum, quorum ius

proprie tactum vel diminutum ibi legitur, nulla plane-
 mentio facta est, quod tamen absque aperta laesione iuris
 quaesiti ipsorum fieri minus debuisset, quin si exempla an-
 tiquiora ius illud Principibus addicentia veram obseruan-
 tiam Imperii in se habuissent, vel omnis obseruantia illa in
Articulo Capitulationis in continenti sublata, vel alia facie
 donata fuisset, deinde admodum durum videtur, tamdiu
 exclusos fuisse Principes a Iure, quod ipsis inseparabiliter
 quaesitum dici meretur, vsque tempore Caroli VI. et qui-
 dem mediante *eius Capitulationis Articulo XX.* illud in vim
 Iuris postliminii consecuti essent, Electoribus interea pro
 solis concurrentibus constitutis, quapropter et forte CO-
 CEEY *in prudentia Iuris publ. c. 13. §. 15.* Ius hoc Principum,
 de quo loquimur, ad bannum Imperii restringere, com-
 motus fuit. Dum ita statuit: Ius proscibendi Statum
 Imperii competit toti Imperio, diciturque *das Fürsten-*
Recht.

§. XVI.

Porro Ius Principum ita oppugnat, contradici Iuri
 huic apertis verbis in Ordinatione Camerali, quam tamen
 pro lege Imperii Statuum consensu conditam confiterentur
 omnes. *Conf. P. II. Tit. 7. Ob auch Sachen vorfielen Für-*
stenthum, Herzogthum, Graffschafft belangend, so von Reich
zu Leben rühren, so einem Theil gänztlich und endlich abge-
sprochen werden sollen, derselben Erkenntnis wollen wir der
Kayserl. Maiestät, oder in Ibro L. und Kayserl. Majestät ab-
wesen uns als Römischen König vorbehalten haben. Quae
 verba

verba tanquam Confessio in propria causa repetuntur, Ord. Regimenti Imp. in Comitibus Wormat. anno 1521. condita §. 7. ob auch Sachen fürstlichen Fürstenthum, Graffschafft belangend, so von Reich zu Lehen rühren, so einem Theil gantzlich und endlich abgespröchen werden soll, derselben Erkenntnis wollen wir uns hierinnen auch fürbehalten haben. Confessionibus his quidem allegatis se associare aliam in Scripto illo, quod rubrum tale habet. Deduction des dem Haus Sachsen zukommenden Rechts auf das erledigte Jülichische Herzogthum. Ibi: Es errinneren sich auch Ihr Chur- und Fürstl. Gnaden bedächtlich, daß demnach der Römisch Kayserl. Majestät, wann über Fürstenthum und dergleichen Reichs-Leben Streit und Spaltung vorkommen, die Erkenntnis nicht allein vermög beschriebenen Lehen-Rechten ohn Zweifel gebühre, und zustehbe, sondern auch derselben mit einbelligen Schluß aller Stände des Reichs in der Cammer-Gerichts-Ordnung und sonst reservirt, und vorbehalten werden, so gar, daß ob sonst die Kayserliche Majestät cum Camera himmieder cum Caesare in allen Fällen concurrirret, gleichwohl dieses ein Casus Reservatus bleibt, darinnen Camerae, vielmehr aber Paribus Curiae die cognitio gantz abgestricket, welche der Kayserl. Majestät zu entziehen Ihr Chur- und Fürstl. Gnaden Pflicht, Stands, und Gewissens halber nicht wohl verantwortlich.

§. XVII.

Omnia igitur illa Argumenta, quorum, qui Ius Principum inficiatum eunt, ad sua Principia reducere vtile erit, quo fons eorum cognoscatur, unde propullulent, et Iudicium

cium Lectoris super Systema Vniuerſae Doctrinae, quod
 talia Principia ſuggeſſit, facilius euadat, praefupponunt. I.)
 Cauſas priuatorum ad Caefaris decifionem rarius perlatas
 fuiſſe, has potius per Iudices Caefaris delegatos vel per
 compromiſſarios, quin et in Curiis ſuperioribus *Oberhöf-*
fen ſaepiſſime reſolutas, e contra in Iudicio Curiae *dem Kay-*
ſerlichen Hoffgericht Imperatorem Cauſas Statuum illuſtres
 ſua ſententia definiuiſſe, vel per ſe vel per arbitrarie aſſum-
 tos Status Imperii, quod vt faceret, nullam obligationem
 excogitari, potius omiſſionem doceri poſſe ex obſeruan-
 tia imperiali de periodo ad periodum. II.) Alia igitur
 Iudicia Germaniae minora, vbi Vicarii Caefaris tantum Ius
 dixerunt, vix Iurium principalium cognitores extitiſſe, ſed
 vt Caefar ipſe tali Iudicio praefideat, Iuris conſtituti fuiſſe
 aſſerto huic ex loco ANSEGISI L. III. c. 77. Fides fit. Ibi:
 ne vllus Comes Palatii potentiorum Cauſas ſine noſtra Caefaris
 Iuſſione finire praefumat, ſed tantum ad pauperum
 et minus potentum Iuſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacan-
 dum, ſcil. III.) Imperatorem praefentem oportuiſſe in cau-
 ſa Principum Iudicem eſſe, vbi dinde ſolus, ſi ipſi videba-
 tur Cauſis inter Principes Controuerſis extra conſeſſum
 Comitalem vel Principum Concurrentiam Iudicalem de-
 cifionem imponere potis fuiſſet: licuiſſe vero et Caefari, e
 Principibus, Comitibus vel Dynaſtis eligere tot, quot ip-
 ſi placuerint, quo horum ſententiam audiat, huius aſſerti
 ſequelam eſſe eam, dum pro lubitu Aſſeſſores, quales et
 quot eligerit Caefar, a deſſe in Concurrentia actum mere
 voluntarium, Caefarem hoc ſeciſſe ex beneplacito ſuo, mi-
 nus

nus ex necessitate coactum, quasi ita factum, ne fiat aliter. IV.) Imperatores, quin Reges Francicos semper in Aula sua habuisse Iudicium Curiae, quod hodie extra omnem dubitationis aleam Consilium Imperiale Aulicum repraesentaret tanquam surrogatum illius Iudicii Curiae, quemadmodum iuxta recentiores Imperii constitutiones et in Aula Caesaris deprehendi et Caesaris vbique Comes esse teneatur, quare differentia huius iudicii vna cum sua Praerogativa prae Iudicio Camerali eluceat, cauendum igitur, ne haec duo forte ex improviso confundantur, Status enim non attento iudicio camerali institutionem Iudicii Curiae postulasse, esse probationem asserti, quae circumstantia Iudicii Aulici surrogationem et Iura eminentiora aperte indicaret. V.) Iurisdictionem Iudicii Caesarei aulici esse consequenter hodie propriam et ordinariam, non delegatam, esse illud deinde vnicam feudalem Curiam, sicut antiqua iudicia Curiae eamque Imperii supremam. VI.) Eos porro, qui Ius Principum hodiernum vigens adseuerant, seu in dictis suis cogitationes in Principis bona famam, Corpus pertinere ad eos, qui aequae Principes sunt: *Fürsten und Fürsten-Genossen*: deferri volunt, itaque forte causam a Consilio aulico ad Comitata transferre fundatam habere intentionem student, illos sibi ipsis contrarios euadere videtur, ex concessis enim nec Comites nec ciuitatense Collegium ad actum illum, neque ad praesentiam, neque ad cognitionem vocari posse, sed interea votum ipsorum silentio esse eatenus inuoluendum, quatenus causa Principes tangit, nisi Comites ad *Fürstennässig* lubenter referas, quin
imo

imo sequelam esse hodierni Iuris Principum faciem Comitiorum antea mutari necesse esse, vel separationem nouam a Iure suffragii intuitu quorundam excogitandam.

§. XVIII.

Adfunt alia eiusmodi principia, quae eiusmodi systematis sunt confectaria inseparabilia e. g. VII.) exempla ex historia Imperii collecta, quae Ius Principum probent adlata, potius huic Iuri contradicere, quam quod illi patrocinari videatur, quodsi enim in contextu loca eiusmodi quaestionis funditus expendantur, illud exinde, nil magis erui posse, Caesares, Principes et Ecclesiasticos et saeculares adsciuisse in iudicium illud, in quo causa Principis olim agitata fuit. Adfuisse hoc modo dicunt, Adfessores voto quidem consultatio minus decisio instructo salua vbique Caesaris Ictione vniuersali, ita vt propter hoc Sententia definitiua nihilominus in vnius Caesaris manu principaliter quaerenda fuisset. VIII.) pro adminiculo probationis huius potestatis et meri arbitrii adsciscere Adfessores, illud vrgent. Versari quosdam in errore, dum ab exemplis, quatenus ex beneplacito Caesar Adfessores Status elegerit obligationem ex priuilegio, vel ex fictitia quadam Imperii consuetudine deduxerint. IX.) Insigne exemplum illud Sigismundi ap. GOLDAST *Reichs-Satzung P. II. pag. 98. 99.* quod pro ratione decidendi quaestionem, et in probationem asserti sui affirmantes Ius Principum allegant, cuiusque formalia ibi sic se habent: *weil die Sache fürnehme Lebn des Reichs betreffe, so meyne er, es seye billig, daß*

daß dieselbe vor des Reichs Männer aufgetragen werden. Ita ad conferuandam thesin suam in contrarium limitare confuuerunt aduersarii, Caesarem nesciisse, necessitatem adsumendi ad Iudicium Status, quoniam ipse pro iure suo satis clare aequitatem tantum allegauerit, quae nunquam coactionem, sed officium humanitatis ponat, necessè igitur obligationem, vel priuilegium, vel obseruantiam Imperii aliquam suae Caesareae Ictioni originariae derogatoriam adducere.

§. XIX.

Pergunt in deducendis suis Argumentis et confectariis X.) nec ex Systemate hodierno, quodsi vel affirmantibus omnia vltro concederent, negantes locum dari posse alicui vsui practico Iuris Principum in Comitibus conceptibili, cum obseruantia non ab exemplis, quae adducunt affirmantes, propterea erui possèt, quoniam vel cum natura ipsa rei obseruantia illa pugnaret, allegata consuetudo enim omnis postulat vniformitatem actuum tanquam aliquid essentialiale. Ast Caesar in causa Principis mox ciues Imperii et Vasallos, quos adsumsit in Consilium, mox Comites et Dynastas tantum, mox Principes, mox Electores, quin vigore Capitulationis Ferdinandi III. in causa Principis Electorum tantum consensum, et iudicium requirere tenebatur, cum tamen in Principum causa Principem ex natura Iudicii huius illustris essentialiter, et praecise adesse olim oportebat. Unde ergo sequitur, Imperatoribus cuiusuis aeui fuisse normam, ad quam ius consuetudina-

E

tudinarium adplicare potuiffet. Nec Principes, ad quos hodie prouocaretur, ius certum fcirentur. Praejudicia inde ipfa, quae tamen hinc inde numeroſe allegantur, deficere contendunt. Quod igitur ex omnibus ſuis aſſertis operoſe obtinent, illud vltimum eſt, Iura Principum olim, et hodie in controuerſiam vocata minus ad Comitiam perti- nere, ſed antea vel Caefaris Curiae Iudicium, vel eius de- legatam Ictiorem hodie autem priuatiuam ipſius deciſionem per Iudicium Aulicum tanquam antiqui Curiae Iudicii Sur- rogatum exſpectare.

§. XX.

XI.) Mutatum Systema Imperii denique in cauſa eſſe debet, quare Ius Principum antiquioribus ſaeculis in exem- plis poſitum apparens, et in vim iuris conſtituti obſerua- tum, tamen hodie obſoletum praedicari debeat. INSTRVM. PAC. WESTPHAL. Art. IV. §. 54. Teſtem deſuper omni exceptione maiorem ibi habemus. Quia vero cauſa Iulia- cenſis Succeſſionis inter intereſſatos, niſi praeueniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare poſſet, ideo conuentum eſt, vt ea quoque pace conſecta ordinario pro- ceſſu coram Caefarea Maieſtate ſine mora dirimatur, quae verba claro clarius, et in Regula monſtrent, Caefarem eſſe eiusmodi controuerſiarum Iudicem praefcindendo a Comi- tiis, Leges ipſas Imperii antinomiam aliquam prae ſe ferre, ſi Iuri Principum vltcrius in ſequelis, vel in Recurſu ad Comitiam in cauſis iuſtitiae inſiſteremus. Ex vnanimi enim conſenſu Statuum Imp. id iuris hodie eſſe conſtat, omnes
con-

controuersias, et lites in Imperio in via Iuris pertractandas, concessio grauatiss (Remedio Supplicationis in Iudicio scil. Aulico) vti in Camera interposita Reuisione finiri debere definitiue controuersias, locus ipse reperitur. *Art. V. §. 55. I. P. W.* Ut ne partes coram Iudicio Aulico Imperiali litigantes omni remedio suspensiuo destituantur, loco Reuisionis in Camera vsitatae licitum esto Parti Grauatiss Sententia in Iudicio Aulico lata ad Caesaream Maiestatem supplicare, vt acta iudicialia reuideantur.

§. XXI.

Praemissis his, quae negantium argumenta continent, vterius progredimur dubiis nostris contra ea relictis. I.) Scil. adesse Confessiones varias Imperatorum proprias in causis Principum, hosce ad iudicium esse admittendos, neque Caesari licere solum iudicare, sed ius esse quaesitum, audire Principum sententias, quod ex vocabulo *Gebühren* concludimus: ita *DIPL. Frid. IV.* ap. *MÜLLER in Reichstags Theatro. P. I. c. 3. §. 5. pag. 20.* *so gebührt uns nicht solche unbillig und unredliche Kriege zwischen euch beyden fürder zu leyden, nachdem unser und der Reichs Lehenschafft dardurch geschwächt wird, darum solche Unrecht vorzukommen, so haben wir einen stäten Fried gesetzt, der vier gantzer Jahr wehren soll, in der Zeit wir die Sach mit sambt unserer und des Reichs-Churfürsten und andere Fürsten vor uns nehmen, und euch zu beeder Seit mit der Freundschaft, oder mit dem Recht, als sichs gebühren wird, entscheiden wollen.* Add. locus ap. *GOL-DAST. Reichs-Satzung P. II. pag. 155.* vbi in contradictorio

Ius Principum vere obtinuit, ita vt Imperator Fridericus IV. anno 1448. illi Iuri accesserit, et principia Iudicii sui Aulici deseruerit. Ibi: *so ist doch unsere Meynung nit gewesen, und auch noch unserer Meynung nicht, daß solche Recht (causa BAYERN contra PFALZ) in unsern Cammer-Gericht, Hoff-Gericht, daß wir mit anderen Personen, wann Fürsten, und um Sachen, die unser und des Reichs-Fürsten Ehre, Leib oder Lehn nit verübre, besetzen, zwischen euer soll oder solte ausgetragen werden. II.)* Formula occurrit Caroli IV. ap. GOLDAST *Const. Imperial. T. I. pag. 371.* ibi dictus Imperator, Burgrauios in Nurnberg in solium Principum priuilegio interueniente euehit, ipsis quoque dat facultatem cum Imp. Sacri Principibus adinuenire, definire, et dare Iuris Sententias super omnibus causis, et negotiis, siue Corpus, siue res conspiciant, vel honores, et hoc in Imperiali Curia, vel alibi vbicunque contigerit, Principes praesidere Iudiciis, vel loco Scabinorum affidere ex dictis hisce ipsis concessum, dum tamen singulare priuilegium adest, nemo neque concessam ipsis Ictionem in genere eruere cogitabit, constat enim omnibus Burgrauios iam a Rudolphi I. aetate haereditario Iudicio Prouinciali fuisse condonatos. Quodsi quoque ius illud demum e priuilegio hoc Caroli IV. eruere, et nil praeterea priuilegiis antiquioribus attribuere vellemus, quam quod ille genuinus, Caesaris et Priuilegii sensus fuerit, *die Burgrafen sollen das Recht haben, daß sie vom Kayser an seiner statt zu richten gesetzt, oder als Schöpffen gebraucht werden können, wann der Kayser Fürsten von sich zu richten geben, oder Fürsten als Schöpffen*

Schöpfen zu sich niedersetzen wolle, es seye wo es wolle. Talem interpretationem minus patitur Priuilegii Rudolphi I. ex quo ipsis *das Recht an Kayfers statt zu richten* per centum annos retro iam euidenter competiit, quod a Carolo IV. demum recipere non opus habebant, plus Iuris, et quod inuimus, eos obtinuisse ergo certissimum est. Nec deinde contextus loci illius patitur, causas quasuis, quae Iurisdictionem desiderant, concessioni illi Caesareae includere ergo causas Principum Caesarem putasse liquet, neque aliquis forte opinabitur ex verbis Priuilegii Voti et Sessionis in Comitibus participes factos fuisse, cum extra omne dubium sit, iam diu antea Dominos Burgrauios fuisse Status Imperii, consequenter in Concessione dignitatis Principalis non amplius Iure Status indignuisse, hinc secure concludimus, cum tertium vix detur, Ser. Burgrauios in illa clausula extractiue communicata Iuris Principum participes factos, a Principibus tantum iudicandos declaratos fuisse, ipsum ius autem in obseruantia viridi viguisse, ac in tuto collocatum fuisse statuimus.

§. XXII.

Attamen omnem rem in dubio ad huc residere nobis propterea videtur, cum Scrutatori rerum Germanicarum incognitum esse non poterit, diuersimode Caesares in Germania olim celebrasse iudicia, et modum procedendi nunquam fuisse eundem, mox enim *ex Iudicio Regni, mox ex Iudicio omnium optimatum* cuiusuis Prouinciae, modo *ex Consilio adstantium Personarum Illustrium*, et peritorum legis

gis et consuetudinis cuiusvis Prouinciae, vel Caesar iussit, Comiti Imperiali et Iudicio optimatum Prouinciae in placito suo iudicium legitimum per legitimas inducias habere ita **AUTOR** *vitae Meinverci pag. 540.* adfirmat Imperatorem in causa eius Iudicio terminanda **CONSULUISSE**, **QUI ADERANT**. Ita testatur **DIPL. Henrici VI. Reg. Rom. 1191. ap. LUNIG. Spicil. Eccles. n. 7.** Praesentibus multis magnatibus et sapientibus coram Rege per Sententiam definitum esse, quod mortuo vno Episcopo, et alio substituto omnia officia cessent exceptis quatuor principalibus **DAPIFERI, PINCERNAE, MARSCHALLI, et CAMERARII** Imperatoris hic in iudicando ad decreta gentis, vel ad Leges Prouinciae diligenter respexisse apparent. Conf. testimonii loco **ANNAL. FULD. ad annum 852. CARTA Conradi II. anno 1206. ap. MEICHELBECK T. I. pag. 221.** Quis vero hodie ex hisce diuersis iudicandi modis normam hodierni Iudicii certam sistat, Status ipse Imp. tam mutatus ex iudiciorum genere medii aevi, vel temporum aliquatenus se quiorum pro hodiernis iuribus probabilem tantum in controuersis illustribus non sufficiens argumentum depromere concedit.

§. XXIII.

Deinde multa vestigia ex antiquitate supersunt, ex quibus illud singulare dispalescit, licet Caesareis causas maiores saepissime in putatio illo Consilio Principum definiuerint, nihilominus quoque Iudex Sacri Palatii Mandato Caesaris, semotis Principibus, pariter fecisse, et sibi Mandatum

tum Caesaris suffecisse ad legitimationem actus, in quo Status tantum in numero testium non iudicantium deprehenduntur. Ita docum ap. MEICHELBECK *Histor. Frising.* pag. 353. 354. Ibi: Anno ab INCARNATIONE DOMINI MCLIX. Indict. VII. Ego BERZO et Iudex Ordinarius Sacri Palatii gloriosi Imperatoris Friderici et Rogerius Caterato ex praecepto praedicti Imperatoris cognitiones causae, quae vertebatur inter Albertum Frisingensis Ecclesiae Episcopum et Ezelinum de Basano super possessionem terrae de Gudaga, cum eius appendiciis Ezelino legitime vocato, et venire nolente communicato multorum PRUDENTVM CONSILIO pronunciamus praedictum Albertum Frisingensis Ecclesiae Episcopum mittendum in possessionem terrae de Gadana cum pertinentiis eius in integrum. Haec acta sunt in praesentia praedicti Imperatoris Friderici et aliorum complurium Principum, quorum nomina sunt haec: Eberhardus Babenbergensis Episcopus, et Daniel Pragensis Episcopus, et Conradus Eistettensis Episcopus, et Fridericus Dux de Rottenburg, et Conradus Palatinus de Renato frater Imperatoris, et Otto Palatinus de Wiltinespach et frater eius Otto, et Hermannus Marchio de Monte ferrato, et Guido Comes Blantanensis et alii multi. Ego BERZO Iudex Ordinarius Sacri Palatii praedicti Imperatoris ex eius Mandato compleui, scripsi et subscripsi.

§. XXIV.

Nobis quoque obseruare subinde licuit, illos, qui causas Principum per modum Recursus ad Comitata deferri posse negant, illud occulte statuere, ICTIONEM in Imperio
supre-

supremam, vti in medio aeuo adhuc esse effectum Iurium
 Maiestaticorum, esse igitur Referuatum Caesaris ad Comi-
 tia non pertinens, Status olim in causis Principum Manda-
 tarios et Consiliarios repraesentasse, et hodie tanquam Con-
 siliarii Imp. necessarii teneri: *in einem Fall der des Ober-
 Richters einsehen erfordert, sein Amt zu excitiren: Came-
 rae constitutionem a Caesare pendere solitarie, vel Statibus
 ministerialiter tantum concurrentibus. Hinc eiusmodi
 consecraria illis dictis deinde non sunt minus remota, quae
 nunc sequuntur. Wenn man das Wort CONSTITVERE
 in dem Verstand nehmen wolle, als es genommen wird, wenn
 man das Majestät Recht unter Obrigkeiten zu setzen, Ius
 Constituendi Magistratus Inferiores nennet, so ist ein Stand
 kein mit Constituent, weil der Kayser die Cammer-Gerichts-
 Personen in ihre Aembter gantz alleine einsetzet.*

§. XXV.

Ex dictis quoque multum sequitur, quod ad enucle-
 andam quaestionem facit, quam nostra tempora tanquam
 illustrem vrgent, an Informationes Dicafteriorum Imperii,
 quando causa aliqua ad Comitiam per modum Recursus per-
 uenerit, sint requirendae, vel minus. Nos ante omnia
 praesupponimus quaestionem praesentem casus illos tantum
 tangere, in quibus Iure Imperii nec Recursus ipse illicitus
 audit, ita ne e Comitiam fiat Iustitiae tribunal incongruum,
 quodsi igitur casus illos speciales, vbi Recursum admittit
 praxis Imperii, penitus inspicimus, vel ex ipsa natura
 Recursus ob grauamen commune, sequitur informationem
 necessa-

necessariam esse, priusquam Recursus ille ad Comitiam sus-
 ceptus per conclusum adproberetur. Rem paucis nunc in
 probationem deducamus. Grauiamen commune praesup-
 ponit, tale principium et rationem decidendi, quae omni-
 um Statuum praeiudicium in se simul continet. Ponamus
 igitur Archidicasterium aliquod Imp. Statum aliquem in
 prima Instantia ad se in Ius vocasse, exceptionem vero eius
 fori declinatoriam in Austregis positam reiecisse. Hic ad
 Comitiam propterea recurrens pro fundamento allegat, Di-
 casterium illud Imperii iniuriam inferre Statibus ratione
 fori Austregarum, dum allegationem earum in exceptione
 reiecta spreuerit, et ut alia vice haec principia contra alios
 sequatur, credibile sit, addimus nunc illam circumstan-
 tiam, in casu sic dato occurrere vero circumstantias in prae-
 senti, quae causam coram Dicasterio agitatam ad processum
 mandati S. C. qualificet, vel ad aliud genus processus in-
 struat ubi Austregae plane locum non obtinent, nonne
 Archidicasterium non laeso Austregarum Priuilegio sane ita
 processit, quemadmodum id iubent constitutiones Impe-
 rii, quod nesciissent in hypothesi Comitiam, si Thefi Status
 recurrentis illico accessissent; explanatio igitur rationum et
 motiuorum, quae Dicasterium determinarint, ita et non
 aliter iudicare, vel ex Iure vel ex facto petenda, prior
 certitudo ex Thefi Iuris facile fieri poterit, et in allega-
 tione Priuilegii Austregarum facilis est demonstranda, po-
 sterior non nisi exactis, absque horum relatione non fieri pos-
 se cognitionem circa factum, vel sana ratio dicitur, inde
 nec in Recursibus Informationes omitti, tam certum, quam

F

cer-

certissimum, nec litis facies sine factis et actis adinueniri poterit.

§. XXVI.

Absque Informatione Comititia igitur neque de motiuo, Archidicasterium ergo neque de iustitia neque iniustitia Recursus iudicare possunt, causa quoque ignoratur in Comititiis, quare Conclusum de recipiendo Recursu emanere debeat; Argumenta in contrarium, siue quae conclusum Comitiale de recipiendo absque Informatione praeuia vrgent, non tanti sunt ponderis, quanti extant, quae pro affirmatiua militant, quid enim sibi illud vult, pro Statu recurrente militare praesumptionem fidei, pariter nec illud quid in recessu habet, Leges Imperii earumque cognitio in Comititiis aequae, vel melius ac in Archidicasteriis Imperium vigere, augere tandem eas Informationes cumulum expensarum, Informationem Camerae euadere quasi Comititiis pro norma decisionis, et hanc denique causae definitionem ipsam rem admodum delatare. Haec refellere nostrum non est. Maneant haec in suo pretio, vel in sua relatione: sufficit hasce Informationes esse necessarias, esse in Praxi Comititali adprobatas, attamen hanc distinctionem omittere nolimus, non omnem Recursum indigere Informatione, concedendum esse etiam et plane non, vbi de facto nullum dubium restat v. g. vbi Comititia de hoc satis sunt iamiam edocta. Ita in Recursu Castelbarcensi propterea in exceptione, quae vbiuis Regulam limitat, Comititia Informationem a Iudicio Imperiali Aulico requirere supersederunt,

runt, quoniam in voto Comiciali eam clausulam addidere, weil man in hoc facto genugsam informirt wäre. Cuilibet constabit exinde in praesenti occurrere exceptionem a Regula, hanc tamen ipsam Regulam in aliis, vbi circumstantia exulat firmare; male ergo aliquis concluderet in hoc praecudio omissam fuisse Informationem, ergo in reliquis pariter omittendam.

§. XXVII.

Aequitas quoque postulat Comitria requirere a Iudicio, a quo informationem eiusmodi, de quo loquimur, ratio in eo subsistit, Status recurrens proprie non contra partem suam, sed contra Dicasterium querelas mouet, dum illi vel nullitates obiicit, vel illud facti cum Constitut. Imp. pugnantis accusat, qualia sane famam et auctoritatem Iudicii tam illustris et magna praesumptione digni non parum minuere videntur, nonne cum aequitate pugnaret, stante tali imputato altioris indaginis, et quod fidem, et famam admodum stringit, non audire partem accusatam, sed potius inauditam illam condemnare, vel ipsius iudicata, pro quibus tanta praesumptio est, ad nuda narrata, tanquam iniusta reuocare, quicquid vero super has Informationes disputant alii, nemo tamen eorum praxin modernam inficias ire poterit, quae optimum vindicem earum praestant. Iam a Saeculo XVI. vigorem accepisse Informationes, exempla varia testantur. Cum in anno 1555. quidam Status, interque hos Elector Palatinus cum Duce Würtembergico ex capite grauaminis communis aduersus Cameram quere-

bantur apud Comitia, Informationem Cameralem *desuper* requirere necessum iudicatum fuit. Conf. *Prüfung der sogenannten Erörterung der Frage etc. pag. 8.* Factum id pariter in Recursu Principis de Schwarzenberg anno 1677. *Pachners ab Eggenstorff Sammlung der Reichs Schlüsse* anno 1705. In Recursu Castellano, successionem Rittbergensem concernente, Imperator Voto Comiciali Informationem necessariam esse arbitranti propterea accedere dubitavit; *weil auf ein bloßes einseitiges Memoriale dergleichen Decisiones (verstehe das Reichs-Guttachten) gemacht worden.* *Monatlicher Staats-Spiegel 1705. Mart. pag. 26.* quin imo causa Recursus ipsa effectu suo plane propterea caruit. FABRI *Staats - Canzley T. X. C. 4. pag. 201. T. XII. C. 4. pag. 258.*

§. XXVIII.

Quod hactenus adseruimus illud in aliis pluribus exemplis constat. In illustri illa causa Episcopi Herbipolensis contra Assessorem Wigand duae Informationes a Camera ad Comitia transmissae sunt. FABRI *Staats - Canzley. P. LXXII. pag. 354. PROTOCOLL. COMITIALE d. 9. April. 1704.* denique licet causa ista a Camera ad Commissionem, quo determinaretur, advocata fuerit; attamen huic singulari circumstantiae haec quoque singularis clausula addita fuit. *Daß dieser gegenwärtige Schluß dem Kayserlichen, und Reichs - Cammer - Gericht an der von Kayserlichen Majestät und gesambten Ständen, per leges pragmaticas sorgsam und wohlbedächtlich zugelegter Auctorität, Gewalt, und Respect - nicht nachtbeilig seyn, noch praejudiciren, und dieser gantze Casus*

Causa absque ulla consequentia seyn solte. Hanc sane singularem resolutionem et auocationem, vix Reuerendiss. Episcopus expectare potuisset, nisi causam praecuius duabus Informationibus demum Comitibus illud procedere inculcauerit.

§. XXIX.

Quaestionem illam merito spinosam pronunciamus: An Imperator solus, vel concurrentibus Comitibus Informationem a Dicasterio Imp. requirat? pro Caesare solo respondemus, atque id euincere Comitalem Praxin asseueramus. Quemadmodum enim Imperator in Imperio, et eius Iudicii haectenus solus iudicauit, seu suo nomine Mandata, Edicta, rescripta ad iudicia Imperii emanari fecit, ita quoque teste Praxi a solo Caesare Informatio requisita fuit; factum illud est in causa WIGANDINA *Staats-Canzley T. 75. 79. 80.* In causa ROCHEFORTIANA de anno 1736. *Conf. auserlesenste neueste Staats Acta von Teutschland. T. II. S. 261.* Quin Status collegialiter sumti, facto aliquo Recursu ad Comitibus et Caesare ipsi petierunt in voto suo: *Vt informationes Iudicii a quo, ad manus essent. Ita in Recursu SCHWARZENBERGICO Status in voto suo: Sie sei-ner Kayserl. Majestät unterthänigst anheim gestellt, ob sie allernädigst geruhen wolten, von Kayf. und Heil. Reichs. Cammer-Gericht eine Information über die Sache allernädigst zu erfordern, und zu ferneren der Sachen Überlegung Churfürsten und Ständen davon Communication wiederfahren zu lassen, immittelst aber die allernädigste Verordnung zu thun, damit*

damit die vorwesende Execution bis dahin eingestellet werde.
 Conf. PACHNER VON EGGENSTORFF Sammlung derer
 Reichs Schlüsse. T. II. n. 110. S. 133. Idem fere in iisdem for-
 malibus obseruatum in Caufa FREYHERRN VON DER
 LEYEN contra WILHELM VON KEZGEN-ERBEN.
 Idem l. c. T. I. n. 243. S. 410. Ibro Kayserl. Majestät zu
 dem Ende die Sache allerunterthänigst zu recommendieren, ob
 sie nicht erwann bey so gestalten Ursachen und Motiven das
 Cammer-Gericht über die Sache zu vernehmen oder beeden
 Partbeyen zu güttlicher Handlung Commissarien saluo tamē
 utriusque partis iure zu verordnen, jedoch daß unter des dem
 Recurrenten hierinnen falls nichts praedjudiciret, sondern mit
 der Execution eingehalten werde.

§. XXX.

Exemplum igitur fere nullum extat, vbi Comitia
 a Iudicio, a quo Informationem requisierint, dum Cae-
 sar hoc suum esse vbique iudicauerit. Causa huius Iuris,
 quod Caesari in dubium vocari nequit, praecipue in ipsius
 potestate Iudiciaria suprema deprehenditur. Dum Caesar
 Iudex supremus etiam in Imperio, omnia, quae confecta-
 ria Iustitiae sunt, ab ipso sunt inseparabilia. Quamdiu igi-
 tur Causa ad Comitia per viam Recursus deuoluta, per Con-
 clusum nondum ibidem erit recepta, tamdiu adhuc illa
 causam iustitiae repraesentat, nec dum tanquam obiectum
 Comitiale, consideranda est. Quicquid ergo circa illam
 Causam ante receptionem ordinandum venit, a Caesare so-
 lo pendeat necesse est, propterea quoque ex Analogia po-
 testatis

testatis iudiciariae in Imperio Informationum requisitionem Caesari adscribere soli iustum est: hanc thesin confessi sunt Status ipsi idque in primis intuitu Consilii Imperialis Aulici. Testimonia adsunt in Recursu *Westermaldensium und in der Busseckertbals - Sache.* MOSERS *Betrachtung des Recursus C.* 2. §. II. pag. 37. ELECTA IVRIS PVBLCICI T. IX. n. 36. pag. 828. sq. ibi: *daß dem Reichs-Hoff-Rath die Ursach seines Verfabrens Kayserlichen Maiestät vorzulegen unbenommen, ihrer Kayserlichen Maiestät selbst die Hände nicht gebunden seyn, wenn sie einigen Anstand oder Mangel genugsamere INFORMATION bey dem Concluso finden, dem versamleten Reich die nöthige GEGEN REMONSTRATION thun zu lassen.* Quod nunquam fieri posset, si nuda exhibita Statuum recurrentium pro fundamento Concluserum Comitialium poni deberent, vel Informationes Archidicasteriorum Imperii in Recursibus Statuum ante receptionem ipsam, essent illicitae. Ex antecedentibus igitur illud sequitur. I.) In Recursu Imperii Caesarem manere Iudicem supremum, vsque dum constat, punctum incidens, de quo queritur Status recurrens per receptionem ad Comitia factum fuisse obiectum Comitiale. II.) Caesarem solum requirere a Iudicio a quo Informationem, et posse hanc cum Comitibus communicare, vel ipsis tantum Remonstrationem in aliqua relatione, quomodo Status causae genuine se habeat, more solito insinuare.

§. XXXI.

Quod ita de Iudicio aulico asseruimus, id pariter de Iudicio Camerali iudicat Praxis Imperii, ita Augustissimus

in

in Recursu Meiningeri den Gleichförmigen Casum betreffend
 in Rescripto Circulari d. 22. Octobr. 1747. arbitratus est.
 Hingegen ist unser Meynung die Sachen dahin allein einleiten
 zu lassen, damit das gesambte Reich uns ersuche einen Bericht
 von unserer und des Reichs - Cammer abzufordern ohne jedoch,
 daß dessen publicirte Sententz einen effectui suspensiuo unter-
 worfen werde. Wann also hierin falls der gebührliche Modus
 beobachtet wird, so kan es ein gutes Bewenden haben, weiders
 hingegen nachzugeben seynd wir nimmermehr gemeynt, zu-
 mahlen contradictorisch wäre, in unsern Nahmen etwas zuver-
 bieten, was kurz vorhero von unseren Cammer - Gericht an-
 befohlen werde. Confectaria huius Rescripti Caesarei forte
 ea sunt. I.) Relinquendum esse iudicio Camerali saluum
 exercitium ICTIONIS antea exercitae. II.) Recursum esse tan-
 tum punctum incidens, in quo aliquod accidentaliter esse
 excutiendum salua ICTIONE Camerae. III.) Executionem
 immisionis non attentā exceptione Meiningeri esse secun-
 dum decretum Camerae ad finem perducendum iuxta prae-
 scriptam normam CONSTIT. IMP. C. G. O. P. II. T. 35. R.
 H. R. O. Ferd. I. T. 2. §. 2. R. A. von 1654. §. 165. 166. WAHL-
 CAPITVL. Art. XVI. §. 78.

§. XXXII.

In Recursibus igitur illis, quem Leges Imperii ap-
 probant, Caesar solus Informationes dirigit, nec huic Iu-
 dici supremo, vel ipsius Autoritati Iudiciali aduersantur
 Recursus eiusmodi, cum in Systemate Iuris Publici nostri
 stabiliti recipiantur, proinde speciem iniusti, vel Maie-
 stati

stati Caesareae in Regula nil derogatorii contineant. Le-
 ges enim Imperii Comitibus referuant vi potestatis legislatoriae
 mutationem legum, interpretationem authenticam, et alia,
 quae cum genere et toto tanquam species apparent; Cauen-
 dum tamen ne explicationem et applicationem legis temere
 confundas, deinde vero Camerae adimas, et male intelle-
 cta lege, posteriorem illico obiectum Recursus ex omni in-
 terpretatione etiam doctrinali artificiose effingas, quod ho-
 die saepissime pruritus Aduocatorum in praxin deducere
 consuevit, contra Leges Imperii, illos Recursus, diserte in-
 terdicentes. C. G. O. P. II. tit. 56. R. A. 1570. §. 77. Art. IV.
 §. 55. R. A. 1654. §. 135. 136. DEPVT. ABSCHIED anno 1557.
 §. 2. Quid sibi singulae Leges recensitae velint, illud quasi
 in nuce, ita B. Lectori, sed lingua LL. Imperii exhibebi-
 mus, ex quo clarissime patet, et Caesarem et Imperium,
 Camerae concessisse, innibi facultatem Leges explicandi
 et adplicandi, ita vt non propter quamcunque dubiam
 applicationem Recursus licitus esse possit. *Daß das Cam-
 mer - Gericht, wann es die Nothdurfft erfordere, des Pro-
 cesses halber die Cammer - Gerichts - Ordnung ihres besten
 Verstands declariren, bessern, auch weitere Vorsehung und
 Ordnung fürnehmen und machen, und dieselbige also bis zu der
 Visitation des Cammer - Gerichts zu halten befehlen, ja so gar
 in Fällen, wo ein zweiffelhafter Verstand in der Cammer - Ge-
 richts - Ordnung nicht den Process, sondern Articulos decisiuos
 anlangend, oder sonst in des Heil. Röm. Reichs Constitutioni-
 bus ietzo wären, oder sich künfftig zutrügen, in pleno Consi-
 lio denen gemeinen Rechten (i. e. der Analogie nach) verglei-
 chen*

eben solle. Pugnare ergo illud factum euidenter cum Legibus Imperii, quando forte ob dubiam competentiam ICtionis Camerae, vel ob transgressionem Ordinationis Cameralis Recursus instituitur ad Comitia, ibique traditur, haec duo puncta causam nunc deuoluere ad Comitia, et ipsorum cognitionem vnice postulare, cum Iura Imp. Casus hosce in terminis ad visitatores, vel Reuisionem aperte ablegent, et Recursum illicite sumtum demonstrent. R. A. 1530. §. 94. C. G. O. P. I. T. 50. §. 5. P. III. T. 53. §. 1. R. A. 1570. §. 79.

§. XXXIII.

Sequela ergo nunc haec est antecedentium, omnem Recursum in Legibus Imperii fundatum Systemati Imp. et eius Interesse esse conformem et admittendum, minus fundatum e contra esse ipsi praeiudiciosum hinc reiiciendum cauendumque serio, ne vnquam pro praeiudicio ab aliis allegari possit. Prius exinde satis elucet, cum Iura Statuum, quae PAX WESTPHAL. concessit, salua tecta mediante Recursu conferuentur. Posterius cum per Recursum prompta Iustitiae administratio, et ei debita executio, impediatur, in Imperio ergo non obtineat illud in illicito Recursu, quod prima aequalitatis Regula suppeditat, SVVM CVIQVE, Ianua inde dissidiorum, vel priuatae vindictae et diffidationum per iniustam dilationem causae iustae aperitur. Recursui vero in Legibus approbato minus nocet praerequisita Iudicii a quo Informatio, idque ex duplici causa verum est. Informatio enim tantum solida et genuina operatur

Remif-

Remissionem Causae Recursus, quodsi vero Grauamina Recursum fundantia, vel solidiora apparent, vel documentis magis corroborata sunt, quam Iudicis a quo informatio, quemadmodum hae circumstantiae in quouis iusto et legitimo Recursu praesupponendae sunt, deinde Informatio, vel si omnes adhibitae essent artes, ex vero non potest efficere falsum, ex iusto non iniustum, sed Grauamina Status non attenda Informatione, victor quaerelarum suarum supererit. Causae suae per Informationem factam Comitii, vere consultit pars recurrens, per hanc enim pone, non sufficientem, patet Comitii, suspensionem litis differendae cessare in recurrente, Grauamina esse fundata, et expectare auxilium Comitiale ad Iustitiam meliorem consequendam. Est inde quod adsint Exempla, Partem recurrentem ipsam Informationem Iudicis a quo requiri a Comitii, instanter implorasse. In Recursu *Rheinsteimensi* Sereniss. Elector. Brandenburg. pars recurrens *die Berichts - Erforderung* vndique sollicitatus est, cui Elector *Brunsvicensis* ob Causae dilationem metuendam tantum contradixit. ELECTA IVRIS PVBL. T. V. p. 474. SCHWEDER *Theatr. Praetens. Illust.* T. II. p. 123. ELECTA IVRIS PVBL. T. IX. p. 145. 771. Ita in Causa von *Hoewelick* modo von *Winckelhausen* informatio ab initio a partibus petita fuit. *Winckelhausische Anmerckung* §. 6. THVCELII *Acta Comititalia de anno 1743.* T. II. p. 286. 287. *Kurtzer Begriff etc.* §. 32. in *Actis iisdem 1744.* T. I. p. 139.

§. XXXIV.

Tantum nobis quid circa Informationes iustum videbatur adferre liceat. Nunc ad Iudicia Prouincialia Caesarea

rea eorumque indolem antiquam et modernam progredimur. Haec vero vel erant Caesarea vel territorialia siue Statuum propria, iuxta Capitularia subdividuntur, quod fuerint alia maiora alia minora. * Iudicia Caesarea aequae ac Statuum quae olim in Bauaria, Franconia, Sueuia, Circulo Rhenano Superiori florebant, studiose recensuit PFEFFINGER ad Vitr. L. IV. tit. 8. p. 662. Originem horum Iudiciorum cum STRUVIO *Histor. Iur. c. 6. §. 3. et PFEFFINGERO l. c.* in illa tempora certe referimus, ubi Imperator post turbulenta Interregni tempora de pace publ. restituenda serio meditabatur. Dantur tamen et antiquiora, de quibus testis est Herbipolense, plurima post Interregnum originem cepere, vti Prouinciale Noricum reliquaue clara. Adsunt enim multa Vestigia in historia Imperii, ubi *Landgericht* idem erat ac *ein Gericht*, *daß den Land-Frieden handhabet.* DATT. de pace publ. L. I. c. 18. n. 1. Item ap. LEHM. Chr. Spir. L. VII. c. 47. dicitur, *daß da Carl. IV. mit Chur-Pfalz, Straßburg, Speyer, Worms und Maynz einen Land-Frieden aufgerichtet, neun Land-Richter deshalb verordnet, das Land-Gericht nacher Speyer verlegt, und geboten habe etc.* Modum procedendi pro more solide delineauit. ILL. GRYPEN in *Obser. for. p. 662.* Secundum excellentiam werden unter denen Land-Dingen diejenigen tria malla principalia die öffentliche Goedinge als eine species eines Grevedings oder Iudicii Comitit, welche alljährlich in conuentibus Publicis Iuridicisque, coram Principibus nobilibus et in Conuentione Populi cuiusque pagi et Prouinciae auf öffentlichen Land-Tage Conuente pagi praesidente gehalten.

* Spe-

* Speciem huiusmodi Iudicii Prouincialis particularis et minoris deprehendimus in Dipl. Ciuitati Suinfurtenſi a Ludouico Bauaro anno 1330. concesso et nondum edito, in quo et proprium priuilegiatae concedit Iudicium et exemptionem ab omnibus aliis Iudiciis largitur. Verba ipsa sunt sequentia: VENIENS ad nostrae Maiestatis Clementiam spectabilis vir BERTHOLDVS Comes in Henneberg Secretarius noster dilectus fidelis instantibus suis precibus nobis humiliter supplicauit, quatenus Vobis Iura et Priuilegia vestra suorum rogaminiu Vestrorumque meritorum nobis et Sacro Imperio factorum et faciendorum, cuius quidem Instantibus petitionibus meritisque vestris fidelis inclinati, singula et Vniuersa Iura, Priuilegia, Grantias, Emunitates laudabiles, et bonas Consuetudines a diuis Romanorum Imperatoribus et Regibus praedecessoribus nostris vobis concessa et concessas specialiter tamen Centam et Iudicium, quod vulgariter dicitur Land-Gericht, eo modo et Conditione quod officiatu vester ibidem, qui tunc pro tempore constitutus fuerit, in singulis Causis sententialiter iudicare possit, et sine impedimento eidem Iudicio valeat libere praesidere, auctoritate Imperatoria tanquam Iudex Legitimus atque Verus, statuentes etiam, quod nullus ex Vobis personalem Residentiam in Ciuitate praedicta Suinfurte faciens ad aliud extraneum iudicium, in quacunque causa ciuili vel Criminali cuiusuis Iuris aut Legis auctoritate praesenti nostrae gratiae derogantibus, quorum in praesentibus esset facienda necessario mentio Specialis, quibus quoad praesentem Gratiam derogamus et Volumus esse derogatum, trahi, Vocari, aut citari possit, nec debeat, nec coram vilo alio quam Coram ipsius Ciuitatis Suinfurte praedicto Iudice queat et valeat conueniri. Quod in antiquitate alias verum erat, etiam apud Suinfurtum olim obtinuit, Aduocatos minores habuisse sua Iudicia prouincialia minora, Ciuitati huic tempore Ludouici Bauari erant sui Aduocati Imperii, Reichs-Voegte, qui in Criminalibus praesidere, et Causis Ciuilibus assidere consueuerant, mentio inde saepissime fit, Aduocati eiusmodi in Diplomate hoc quod allegauimus, quem eo tempore, nisi fallimur, Conradum de Sauensheim Militem, auctoritate Caesarea constitutum scimus, cuius quoque effigies in templo primario, S. Iohannis Baptistae sacro, adhuc in forma Lapidari conspicitur, quaeque simul monstrat, eundem anno 1369. diem obisse supremum. Comitum de Henneberg petiisse a Caesare hanc gratiam in Dipl. comprehensam, illa forte ratio fuit, dum Vrbs Suinfur-

furtum eo tempore Concessionis fuerit pignus Comitis Supplicantis pro dimidia parte, eius Reichs-Pfundschafft, HOENS Coburgische Chronick pag. 63.

Testimonium interea hoc Diploma praestat Ciuitati luculentissimum, eam iam antea cum ICtione Criminali et Ciuili, saluo Aduocati Caesarei praesidio, fuisse condonatum, et punctum Diplomatis potius fuisse aliquid antiqui quam gratiae nouae monumentum, cui circumstantiae deinde illud merito addimus, eandem iam diu antea ICtione Ciuili gauisam fuisse, quare et in praesenti modo formula CONFIRMATIONIS occurrit, Vestigium exercitae ICtionis antiquioris nobis obuinit ap. SCHANNAT in *Buchonia Veter.* p. 409. qui tale Documentum de anno 1308. exhibet, ex quo asfertur vis simul patescit, HENRICVS DEI Gratia Romanor. Rex semper Augustus *Prudentibus Viris, Sculteto, Scabinis ac Ciuibus in Suinfurth fidelibus suis dilectis, gratiam suam ac omne bonum fidelitati vestrae praecipimus et mandamus, quatenus Ciuēs oppidi in Hamelenborg ac quoslibet homines Venerabilis Henrici Abbatis Fuldensis Ecclesiae Principis nostri Carissimi AD VESTRVM IVDICIVM nullatenus euocetis, sed de praemissis hominibus coram dicto Abbate secundum formam Priuilegiorum et libertatum quondam a diuis Imperatoribus et Regibus nostris Praedecessoribus Fuldensi Ecclesiae, quas dicto Abbati confirmauimus, recipiatis Iustitiam expeditam.* Patet enim ex his non solum antiquius ICtionis exercitium, sed quod Iudicium Prouinciale Suinfurthense et ad modum aliorum Caesareorum Iudiciorum, reliquorum Statuum subditos euocare consueuerit, quibus Priuilegiis Exemptionis, quo contra tales securiores essent, opus erat. Nec multum

tum dubii superest, quare euocandi ipsi competiit Facultas, Aduocatus Imperii Iurisdictionem Caesarea autoritate Svinfurti ab immemoriali exercuit, ergo dum a Caesare omnes mortales euocari poterant, etiam hoc fieri poterat ab Aduocato Svinfurtensi parili cum aliis potestate instrueto, et omnis Ictio erat tunc temporis Caesarea, vsque dum per alia Priuilegia vel ex Systemate Imp. hodierno ea in vim perpetuae Commissionis hodie Senatui cessit. Quin imo cum Historia id testetur, villas Imperii ad Iura Ciuitatum liberarum euectas, non plane omni in Cites caruisse Ictione, credimus ergo et Senatui Svinfurthensi a primaeva Libertatis Origine et tempore euectionis in Ciuitatem liberam, aliqualem, si Ictionem Criminalem Caesaris tunc propriam exceperis, in suos competiisse, quae Iura ipsi e seculo XII, iam attribuimus. Vrbs enim saepius dicta sub regimine Lotharii Imp. anno III2. extincta stirpe Marchionum Svinfurthensium, dum vltimus gentis suae Episcopus Eichstettensis obiit, ad Iura et Nomen Ciuitatis Imperialis peruenit, quare et *CONRINGIVS Diff. de Ducibus et Comit. tb. 75.* iam ante tempora Henricorum claros fuisse in Villis Regiis Burgi Magistros asserere non dubitauit, Praesumptiones adfunt in historia Iuris Germanici hos probabiliter fuisse saepius electos e Rathimburgiis, quod idem dicimus significare ac *Burger zum Recht.* Probabilitas rei ex eo clarior fit, cum in Ciuitatibus degerent tales, a quibus inhabitandis alias omnes excludebantur, qui non erant ingenui, sed ad distinctionem dicebantur *die Frey-Bürger*, quibus supremus post Vicarium Caesaris concreditus erat Magistratus

tus Ciuicus, plebei vero et libertini tanquam deterioris conditionis homines dicti erant. *Einwohner Gademer* LEHM Chron. Spir. L. II. c. 19. et L. IV. c. 22. *MAGER de aduocacia arm. c. 10. n. 212.* Nulli quoque dubitauimus, haec omnia de Ciuitate Svinfurthenfi serio praedicare, cum et antiquioribus temporibus Collegium Senatus ibidem vti alibi ex Viris ingenuis et Iuris Scabinagii capacibus constitit, quorum erat Iudiciis assidere et Ius reddere, nomina quoque eorum in sequentibus ex Cod. M S C R O. cognita supersunt, *de Ewben, Greusing, Gauberstatt, Cöllen, Apel, Cuz, Bez et Friz, die Rucker, Hanns von Koslin, Ruprecht Haberkorn, Apel von Heinau, Hans von Gerthausen, Heimbach, Rudel Spies von Salzburg, Wollfram Truckses, Hanns Nuffer, Balthasar von Wenckheim, Erhard Heimbach, Hanns von Fladung, Lorenz von Gais* et reliqui. Deinde superioris Diplomatis palmarium obiectum fuisse ICTIONEM Criminalem propterea credimus, cum Ciuilis iam dudum antea in Ciuitate vsu valuerat. Vti enim Principes ICTIONIBUS et Centenis libere vterentur, constituit Fridericus II. ap. SCHILTER. *in Instit. Iur. Publ. T. II. p. 117.* Et Ius in Centenas, in Territoriorum Dominos transit, ita et hoc Ius Ciuitati per praesentem tabulam adpropriatum fuisse credibile est, praesidio Caesaris Aduocato addito. Iurisdicatio enim, quae in Centenae districtu competiit, et ipsa Centenae Appellatione venit, nec inepta ratione, cum sine ICTIONE non intelligatur Centena, nec infrequens sit eorum, quae sua natura coniuncta sunt, alterum alterius nomine designari. Vfus vero tum medii, tum recentionis aevi euincit, superiorem inpri-

inprimis ad Crimina vindicanda comparatam Ictiōnem in Centenis exercitam fuisse, quod et Diploma superius Ludouicianum testatur, cuius Limites cum concessione, Patris, consuetudine varia ratione constituti erant. In vim testimonii singularem et anecdoton extractum, quem ex Actis Judicialibus nuperi Praesidi ad inspiciendum concreditus excerpimus, hic B. L. sistere non iniucundum fore arbitrati sumus. Est ille ein Weisthum der Gemeinde zu Forst prope Svinfurthum ibi: uff Montag nach Aegidi anno 1442. Wir Schultheis und Schöpffen von wegen unser auch des Gerichts und einer ganzen Gemeinde zu Forst, erkennen, sprechen, und weysen, daß der Hochwürdig Fürst und Herr unser Gnädiger Herr von Würzburg sey unser rechter natürlicher Erbe und Vogt-Herr, daß auch sein Fürstliche Gnaden und sonst niemand habe alle Obrigkeit, Gerichtbarkeit und Herrlichkeit, zu gebiethen und zuverbiethen, zu Dorff und zu Feld, zu Forst. Der Zent halben zu Schweinfurth seynd dis hernach geschriebene unsere alte Recht zu Forst; Item wir seynd nit mehr denn einen Schöpffen und keinen Zusatz an die Zennt gen Schweinfurth zu schicken schuldig, es sey an peynlichen Gerichten oder sonst. Item wann man zu Schweinfurth peinlich Gericht will halten, mus man das dreymahl an dreyen Orten zu Forst, und an jeglichen Orth dreymahl beschreyen, zum ersten hinten im Dorff, zum andermahl bey der Linden, und zum drittemahl unten im Dorff, und den Gerichts-Tag an izlichen Orten benennen, wir sind auch keinen Gerichts-Tag zu besuchen schuldig, so er uns nit also verkündet würde. Item wir haben auch nichts zu Rügen, we-

H

der

der Stain Rain, Scheltwort oder dergleichen, sonder allein Mord, Nothzucht, Diebstahl, so wir derselben einen bey der Hand haben, antwortten wir dem Thäter unten an dem Merbach, thun das unsers Gnädigen Herrn Ambt - Leuthen zuwissen gen Maimberg, nemen sie den Ane, ist für sich, sie ihn nicht annehmen, führen wir den gen Schweinfurth, an unser Lieben Frauen Schwiebogen, thuns denen zu Schweinfurth zuwissen, nehmen sie den auch nit an, stossen wir den zu drey mahlen von uns, und lassen ibne gehen. Item so wir von Zent - Graffen gebeissen werden, seynd wir wie andere durchzugehen schuldig. Item wir dörrffen auch gemelter Zent halber, so wir gemahnet werden, nit weiter nachfolgen, dann so weit unser Marckung geht, und mendet, so wir aber von unsern Gnädigen Herrn von Würzburg oder seiner Fürstlichen Gnaden Befehlhabern ermahnet werden, müssen wir uns gehorsamlich finden lassen. Item ein jzlicher Haus - Helter zu Forst, hat vor Alter den Zent - Büttel ein Leib - Brod geben zu Weynachten, aber jezo geben wir ihne ein Gulden dafür. Item wo wir irgende Fell haben an unsern Maasen, lassen wir dieselbe an der Zent Eichen. Item so sie Einwohner oder fremde Zukünbling mit einander schliügen oder Frevelen, seynd sie unseren Gnädigen Herrn von Würzburg busfellig und in der Zent.

§. XXXV.

Iudex Prouincialis ipse Caesaris erat Ministerialis Vicarius, cum tantum ICtionem mandatam illud inferebat, neque vel minima indicia superioritatis hodie exinde forte probari possunt, neque illa Regula aetatis iunioris valet circa

circa antiqua; *Qui te iudicat, est tuus dominus.* Sane a Iudicio ad locum plane non argumentari licebat, vel enim Comitatus et Iudicium Prouinciale inter se admodum differabant, quod verbis AVTORIS *Der Bestärkung des Entwurffs von Landesherrlichen Vogteyen:* asseueramus. *Ein Land Gericht war weniger als Comitatus. Teutschland wurde zwar in Comitatus eingetheilet, diese aber secundario in Land - Gerichte, die Kayserliche Land - Gerichte waren bloße Tribunalia Iustitiae, welche niemahls Vogtheyen genannt wurden.* Nemo ergo cogitet sequens Argumentum hodie in Controuersia, vbi superioritas vel ICTio in quaestionem venit, aliquid conferre ad Victoriā Causae, quicumque in medio aeuo Iudicium Prouinciale hoc vel illud in Controuersia sua pro Iudice agnouit, Iudicii illius fuisset subditus. Ea vero est cum Iure Germanico conformis sententia, Iudicium Prouinciale neque ICTionem omnimodam, neque superioritatem partum scil. nostri temporis inuoluisse teste LVDEWIGIO. *Diss. de Process. per mandat. in Lusatia Coroll. 10. ibi: Frustra Iudex ad quem sibi arrogat ICTionem in Iudicio a quo, vel eius subditos ac Ciues. Tempora enim, quae putamus optime discernere poterant Formulam cum Effectibus suis ESSE SVBDITVM, ET SORTIRI FORVM,* posterius poterat facile in alienis subditis praeprimis in raritate illa Iudiciorum, et vbi omnis ICTio solius Caesaris esset, facillime obtinere, cum prius contra Ius quaesitum tertii euadisset, vel Priuilegia, quae alteri certos subditos, tanquam indubie suos concesserant, non sine injuria euertissent. Illud addere vile erit, quo ex post nostrum assertum omni dubio cā-

reat. Priusquam in Imperio superioritas Territorialis radices egerit, vel Ictio pars eiusdem et sequela Iuris Maiestatici Analoga indubie facta fuerit, tunc in arbitrio Caesaris erat positum, huic vel illi in vim Ictionis mandatae potestatem occurrentes lites Vicario nomine dirimere. Quis vero stante hoc Vicariatu nunc credat, quod per cognitionem, speciali nomine obtentam generalis sublata fuerit, seu quis quaeso ex ministeriali propriam excogitare poterit. Haec esse diffona doctae euincit BESOLD. *Voc. Land-Gerichtliche Obrigkeit*. GAIL. 2. *Obs.* 36. n. 15. Hinc in Diplomatiis tam saepius formulae illae occurrunt, *Bannum a Regia manu habere vel suscipere*: Tab. Sti. Maximin. Treu. anno 1065. ap. DV CHENE in *Hist. Luxemburg.* DV FRESNE *Voc. Bannum regale*, quod Vocabulum illud indicat, Ictionem fuisse Caesaris, et a nemine nisi ab eo consequendam.

§. XXXVI.

In Systemate hoc Iudiciorum Prouincialium Prorogationes Ictionum tam vsitatae erant, vt nemo prorogata forte Ictione vel frequentatione alieni fori eo aevo vel minimum praeiudicium: exinde subsumeret. Ratio haec erat: Legimus fuisse Iuris constituti, Imperatorem vel Regem Germaniae euocasse cunctos mortales Imperio suo subiectos. Iudices vero Prouinciales non alia nisi Caesarea Auctoritate erant instructi, ergo tali euocare iis licebat, vti Caesari ipsi. Curia Caesaris ad haec erat tunc temporis ambulatoria, quale Systema Imperii, tales prorogationes omnino

nino libenter admittit, subditus enim Germaniae ubicunque Ius petit, in Caesarea ICtione illud audire necesse habebat. Testantur de hac re Curiae superiores in Germania admodum frequentes, vbi vrbs ab alia quid in Causa sua iustum esset, se informari curavit. HARPRECHT *Diff. de Curis Superioribus.* ap. MOSER. *Diff. Iuris publ.* p. 418. Euocationes vero vel eiusmodi prorogationes plane nil Iuris stante Superioritate Territoriali et Iudiciaria Statuum potestate dare olim exercenti docuit. LERCH. *de Ord. Equest.* n. 175. fol. 213. seq. KNIESCHILD *de nobilitate.* Admodum solide demonstrat causam et rationem, quare Iudicia Prouincialia Caesarea in subditos sibi non subiectos cognouerint, et Sententiae eorum Iudiciales reliquae adhuc sint, et quare haec allegare in Praxi hodierna Imperii nefas sit. PERILL. SENCKENBERG. *Diff. de Euocat.* p. 1404. Edit. ZANGER: ibi habes causam creberrimarum Euocat. praecipue Seculo XV. Germania ditioe adeoque magis litigiis obnoxia effectu exortarum, Superioritas enim Territorialis in multis Regionibus nondum innotuerat, sequioris quippe saeculi res et nomen est. Vnde perinde habebatur, quis demum in Prouincia adiretur Iurisdictione ab Imperatore inuestitus.

§. XXXVII.

Iudicia Prouincialia igitur in certis tantum causis e. g. Pacis publicae tuendae, vel tantum in Processu protractae vel denegatae Iustitiae, vel denique vbi iam in aliquo districtu ICtio Possessori a Caesare esset donata, in Appellato-

rio suae in secunda Instantia restrictiue locum obtinebant, vbi in prima instantia cognitio eorum merito dormiuerit, nec concurrenti ICtione vnquam gaudebant, nisi vbi Dominus terrae Exercitium suae ICtionis vacare patiebatur. Vid. Chartam Rudolphi I. ap. MEICHELBECK *Histor. Frising. Cod. Instr. p. 82.* NVLLVS Prouincialis vel alius Iudex quicumque in Possessiones bona et homines Episcopi aliquid Iudicium exercere debeat, nisi ipse Episcopus vel eius officialis super exhibenda Iustitia prius requisitus negligens fuerit vel remissus. Pariter iam anno 1340. Imperator Ludouicus Bauarus in fauorem ICtionis Statuum et Ciuitatum in Franconia illud Iuris constituti effecit. *Dasß jede nur vor ihrer ordentlichen Obrigkeit belanget werden sollte.* Quemadmodum hoc ex Actis Archiu. Blassenburgici probatum dedit. I. P. VON GVDLING in *Leben Friedrich des I. Churfürsten zu Brandenburg.* Ex quo loco illud euictum dare volumus, iam Ludouici huius aeui Iudicia Prouincialia non amplius aliter nisi in querela denegatae Iustitiae cognoscere potuisse.

§. XXXVIII.

De eo modo pauca addere liceat, quod Iudicium Prouinciale in aliquo loco habitum plane nil Iuris ratione proprietatis vel domini publici in ipsum locum Iudici attribuisse. I.) Id enim patet ex propria confessione. Ita Sereniss. Domini Burggrauii Norimberg. tanquam Iudices Prouinciales ex Aurea Bulla Rudolphi I. haereditarii lubenter consententur se ICtionem illam neque in alios neque in suos
 qua


qua Domini Territoriales, sed vt Vicarii Iudices Caesaris exercuisse. STRENG. P. II. in Continuat. Consultat. in append. p. 557. Quamdiu igitur II.) Iudicium aliquod Provinciale Vicariatum Caesaris inuoluit, impossibile est, vt ea Ictio aliquod Jus Territoriale sistat, possunt sane a summis Imperii Archi-tribunalibus haec praedicata, quod scil. Vice Imperatoris omne Iudicium iudicent, longo eminentiori modo et gradu praedicari, nemo tamen his Iudiciis supremis in loca, vbi resident, aliquam Ictionem in prima Instantia, vel Jus Territoriale adscribere cogitabit. Praeprimis haec quaestio saepius inter Ciuitatem Imperialem Norimbergensem mota, cuius Status principia, quibuscum coram Iudice supremo causam suam defendere annisa fuit, ita excerpere voluimus, vt ea exhibent: *Nürnbergische Anmerckungen über die Hochfürstl. Brandenburg. Speciem facti, die Ausruffung des Frieds-Gebotts bey denen Hochzeiten auf den Mühlhoff betreffend 1735. ibi. Es soll die Ictio dieses Landgerichts nicht allein in Francken, sondern auch in Bayern, Schwaben und Rheinischen Tractum, ja gar bis an die Hanseestätte sich erstreckt haben, bis dahin aber würde man sich ein Burggräffliches Territorium zu assiriren selbst nicht zugetrauen, daher auch sub hoc Titulo Iudicii Provincialis Caesaris ratione tractus Norimbergensis etwas besonders, und in specie ein Territorium darinn mit Grund und Bestand nicht präetendiret werden kan, indem in der Inuestitur auch kein Unterschied, und intuitu dieses Tractus keine Ampliation gemacht, noch etwas besonders und speciales statuiret wird. Vielmehr sind verschiedene Stände und Städte des Heil. Röm. Reichs*

Reichs und unter denenselben auch Nürnberg und die ihrige,
wie insgemein, von fremden Gerichten, nahmentl. von diesen
Landgericht eximiret worden.

§. XXXIX.

De Episcopatu Bambergensi nobis id cognitum est,
illum cum suis pertinentiis nunquam Iudicio Prouinciali
Norimbergensi vel alii cuiuscunque nominis subfuisse, nisi
iis temporibus, vbi prorogationes inter res indifferentes vel
merae facultatis referebantur, vti supra diximus, quod ve-
ro, si id necessitatem standi in Iudicio dixeris, cum ipsa re
pugnaret, in continua enim serie a tempore fundatoris Hen-
rici II. vsque ad illa, vbi propter stabilitam Superioritatem
Iudicia Prouincialia per se cessarunt, Episcopatus hicce Pri-
uilegiis exemptionis ab omni Comitum, Iudicum, et ante
Originem Sereniss. Dominorum Burggrauiorum in specie
e gratia Friderici I. a Iudiciis Prouinc. Caesareis in contradi-
ctorio obtinuit, et priuilegiatus extitit, ita quidem, vt re-
uera de exemptione illa Rudolphi, quae Iudicium Prouin-
ciale ad Sereniss. Marchiones transtulit, exemptionem quae-
rere, vel superuacaneum, vel de mera prudentia fuisset:
Id obliuisci nolimus, esse huic Imperiali Episcopatu talem
Exemptionem ab omni Iudiciaria potestate a CONRADO II.
SALICO concessam, rariori plumbeo Sigillo munitam, quam
omnes rei Sigillariae cognitores ad rariora et miranda re-
ferunt, adesse talia Diplomata non solum a Friderico II.
sed eius filio Henrico VII. cuius Diplomata tanquam Regis
romani alii sedulo conquirere vel recensere annisi sunt,
inter

BVLLA PLVMBEA CHVONRADI II. IMP. SALICI PERRARA
EX ARCHIVO BAMBERGENSI DE PROMPTA ad § XXXIX.



EX ARCHIVO HAMBROTHSI DE PROMPTA
BVLIA HVMBETA CHONRADI II IMPERATORIS FERRARA



inter quos vel celeberr. SCHWARZIVM Altorffinum in *diff. de Privileg. Henrici VII. Rom. Reg. Francof. ciuibus de siliab. libere elocandis* p. 22. nominasse sufficiat. Quo Bullam hanc plumbeam Lectori aeri incisam in fronte Dissertationis nostrae exhibeamus, Verba B. Def. ABBATIS GOTWICENSIS, quae habet *Prodromus Chronici sui* p. 148. et 49. Animum nostrum determinarunt, vbi de Conradinis Bullis plumbeis ita docte iudicat. Eo maiore autem attentione praefens Bulla digna est. Primo quod praeter allegatum P. MEICHELBECKIVM nullus adhuc, imo nec ipse etiam HEINECCIUS, licet in his alias fatis accuratus, Bullam similem Conradi in medium produxerit. Secundo quod haec forte VNICA inter Imperatores nostros, quantum saltem nouimus, Bulla sit, quae duas integras personas stantes repraesentet, et per hoc umbram quandam nummorum inferioris aeti nimirum Byzantinorum, in quibus binae nonnunquam confidentes, nonnunquam stantes personae, Imperator nimirum et Caesar, hodierni nostri Romanorum Regis idea, vel Augustus et Filius repraesentantur. Dolet merito HEINECCIUS in *tr. de Sigillis P. I. c. 9. §. 40. p. 97.* Bullam hanc plumbeam, cuius KNAUTHIVS *Antiq. Comit. Ballenstedt. c. 28.* mentionem fecit, delineatam non fuisse.

§. XL.

Pergimus in determinandis illis fundamentis, quae plane nec micam quidem Iuris Territorialis e Iudicio Provinciali in alieno habito elicere suadent, vel illud vnicum

fufficeret eo tempore, quo Iudicia haec Caesaris nomine exercita in Imperio vigeabant, Ius Territoriale Statuum ad incognita pertinuisse, et esse heteroxiam Iuris publ. Rudolphi tempore statuere Superioritatem Territorialem, multo ferius adolescentem vel e pace Westphalica demum approbatam; Iudex Prouincialis Caesareus, dum hoc gesserat, in mera dignitate personali cum re ipsa subsistebat, quomodo igitur pro essentiali Iuris Territorialis constitutio venditabitur Iudicium Prouinciale Caesaris Vicario nomine administratum, agnouit illud ante nos SCHÜZ in *Colleg. Iur. publ. Disput. 6. Concl. 10. Lit. E.* Siquidem nobis adefsent innumera exempla, quae allegare possemus, vbi Caesares a Seculo XIII. vsque ad XIV. circa dispositionem rei Iudicariae in Germania Principes exitere. Ita adhuc Imp. SIGISMUNDVS se dixit, *derer Land-Gerichte, Obristen, Herrn und Richter. FALCKENSTEIN Cod. Dipl. Antiq. Nordgau. p. 251.* Quin vt titulus officii Comitis, Burggrauii, Nobilis stante ordinatione hac normam suam exinde sibi assumere obligatus fuerat. Erat incongruum eo aeuo ex nudo titulo ad rem ipsam, vel ad hodiernum Ius Territorii, vel ad praetensiones ad Iura Territoria concludere. Testatur de hoc officii genere vocabulum Comiciae, quod dignitatem indigitat, siquidem Comicia concessa, non Comitatum vel terram cum Iuribus eminentioribus concessum significat, sed merum officium Iudicis prae se fert, quod absque territorio per se et in administratione Iustitiae bene et realiter subsistere poterat, Teste Domino DE LYDOLPH. *Obser. for. 273. ibi: QUANDO*
in

in antiquis Diplomatiſibus inuenitur vox Comiciae, non pro-
 tinus exiſtimandum eſt, ſignificari territorium tale, quod
 hodie Comitatus nomine venit, ab officiis olim dicebantur
 Comites, et Comicia erat regio illa quandoque anguſtis ter-
 minis finita, in qua ICTIONEM adminiſtrabant, in genere
 omnes, qui e Comiciae Vocabulo Iurium Territorialium
 conſectaria, et argumenta defendere conabantur, aduer-
 ſarios ſuos ex antiquitate Germanica illico adepti ſunt; Ali-
 ter enim et mox pro ICTIONE interpretati ſunt, antiquita-
 tum Germ. cognitores Comiciae Vocabulum. ESTOR *in*
Orig. Iuris publ. Haſſ. p. 50. DE LVDOLPH. Obſeru. for. Vol.
III. p. 87. Comiciam Wetterauiae, vel Iara parui momen-
 ti, vel ICTIONEM indigitaffe demonſtrauit. BERNHARD *in*
Antiq. Wetterau. P. I. L. II. c. 6. p. 158. quocum conſentit
 A V T O R *Derer Leining - Weſterburgiſchen Rechtl. Aus-*
züge. p. 45.

§. XLI.

Nec Iudicia Duellica in loco quodam forte habita ho-
 die fundamentum quoddam ad excitandas praetenſiones Iu-
 ris Territorialis ſuppeditant, cum aequè ſub nomine meri
 officii nomen et omen Iudicii Duellici occurrat. Haec enim
 Iudicia, dum Germania iis aſſuefacta fuerat, non tanquam
 Regalia ſeu particulares Iuris Maiſtatici effectus conſide-
 randi, cum nomina haec eo aeuo cum re infrequentia erant.
 Potius genium illius aetatis hoc Vocabulum pro mediis pro-
 bandi vel purgandi extraordinariis tradidit, quae inter
 pares obtinebant, quo Lis inter duos tandem dirimeretur.

BEYER *in Iure Germ. L. 1. c. 2. §. 2.* Iuris erat simul constituti, ut ille, cui probatio deficeret, aduersario suo Ius redderet vi et armis, iuxta Vulgatum: *Das Recht mit der Kolben auf den Kopf zu vveifen*: Nullus igitur haecentis Iudicium Duellicum sub alicuius praesidio habitum pro genere ICTIONIS vendere cogitauit, cum ipsa res tali asserto in faciem ex natura sua contradiceret. Perill. D. SENCKENBERG *Select. Iur. et Histor. T. III. p. 455.* Adde, quod habitum Iudicium Duellicum propterea nec argumentum concludens ad probandam ICTIONEM per excellentiam talem suppeditaret, quoniam id modus procedendi illud pro fine suo sisteret, partes sub ista circumstantia carere Iudice, viuere in Statu naturali, conniunte Superiore fieri propria manu cognitores et Iudices. LVDEWIG *in Reliq. MSCT. T. VII. p. 416.* GERHARD. *de Iudicio Duellico c. 1. §. 10.*

§. XLII.

Circa hodiernum Valorem nunc aliter loqui non possumus, quam quod Iudicia haec Prouincialia extra usum venerint, et hodie in Praxi Imperii mutato plane Imperii Statu obsoleta dicantur. Testimonia primum hoc assertum asseuerantia allegabimus: Deinde e Systemate Imperii nostri, quae asseruimus, ulterius consentientibus Imperii Legibus ipsis euincamus causas. I.) Quare cum Compagne Imp. sint difformia et Iudicia ipsa subsistere per possibile non possent, refert pag. 20. ex aliis AVTOR *Der Abhandlung von des Kayserlichen Cammer-Gerichts ICTION: de sententia*

tentia nostra se ita conuictum praedicat. Weil die Kayserlichen Gerichte, vvelchen die Kayser nicht selbst vorgestanden seyn, in grossen Verfall wären. Die häufige Befreyung von denenelben ihren nutzen sehr verringert hätten. Die alte teutsche Art die Gerechtigkeit zuverwalten, verschiedener Ursachen wegen, besonders auch wegen des einreisenden Römischen Rechts nicht mehr geben wolte, und endlich die Kayser ihr Urtheil zu vollstrecken nicht genugsame Mittel in Händen hatten, so haben alle Umstände auf die Errichtung des Cammer-Gerichts eingestimmt. Huic Causae abrogationis Iudiciorum obsoletorum addamus in confinio Franconiae Iudicia Prouincialia Caesaris nomine ICTIONEM administrantia tanto numero accreuerant, vt sequentia recensere ad manus sint. Scimus ita Bambergense, Herbipolense, Norimbergense, Rothenburgicum, Svinfurthense, Sultzbacense, Hirspergense, Auerbacense: Iudicia haec, dum Exercitium suum delegatum et Vicarium, vt plurimum ad Causas denegatae Iustitiae restrictum latius extenderent, et Iurisdictione sibi concurrenter competente, vbi ante omnia praeuentioni locus erat, abuterentur, ita vt hoc in aliud se intruderet, Collisiones sequi necesse erat. Imperator prospiciens Statibus, turbas e Iudiciis Prouincialibus magis dari, quam medelam litium sperari, de Consiliis igitur meditati, quomodo hic abusus tollendus esset, quae tandem in constitutionem hodiernorum Imp. tribunalium euasere, Prouincialibus territorio relictis. Ignorabatur certus districtus, qui forum competens cum exclusione alterius certum reddidisset, hinc illae lacrymae et Caesaris obligatio abrogan-

gandi id, quod turbas amplius augetet. Confusio itaque Iurisdictionis et aemulatio rei, de qua dicimus, finem ex aliis Causis imposuit, cui accedit, Statibus ipsis deinde Potestatem Iudiciariam e Priuilegiis Caesareis, vel ex obseruantia Imperiali concessam fuisse, hinc omnia Iudicia Territorialia facta, et nil nisi, quam Ius intra fines Territorii restrictiue, vel ad amissim LL. Imp. pristinis Iudiciis Prouincialibus reliquum mansit.

§. XLIII.

Exemptiones porro eae, quam Iudex Prouincialis contra alterum per Priuilegium a Caesare quaesuit, vt ab eius euocationibus tutus existat, asserto nostro etiam succurrunt, Iudicium tale factam deinde ICTIONEM propriam Status Territorio inclusam, et quo concurrens ICTIONE cesset. Proprietas vero et effectus Iuris territorialis eo magis esset conspicuus, exemptionis Priuilegia pro remedio ipsi acceptare Possessores. LVDEWIG *Erleuterung der Reichs-Historie pag. 393.* Sic Sereniss. Burggrauii Norimb. Teste Illustr. IVNGIO *in der gründlichen Anweisung, was die Comitua Burggrauiae in Nürnberg sey und inuoluire. p. 25.* A Caesare FRIDERICO III. Priuilegium exemptionis, quo ipsis suum Iudicium Prouinciale tanquam territoriale ab EUOCATIONIBVS Iudicii Prouincialis, quod BAMBERGAE florebat, et ex post pariter Territoriale factum securum praestetur, anno 1471 petierunt, et consecuti sunt. Nonne ex his non vsus iamiam omnium Iudiciorum Prouincialium olim Caesareorum desumitur, solidum tamen

III.

III. GRUPPEN in Obs. Forens. p. 697. Iudicium desuper omittere nolimus. Überhaupt ist es mit denen Land - Gerichten also zugegangen, daß nachdem die Reichs - Stände wohlbesetzte Canzley und Hoff - Gerichte angeordnet; auch die Landes - Hoheit nicht weiter gestattet, Unterthanen vor frembde Gericht ziehen zu lassen, hiernechst die Reception der Römischen Gesetze den Statum Iudiciorum gewaltig geändert, bey allen solchen Umständen die höchste Land - Gerichte entweder gar eingegangen, oder nur einen Umbram Iudicii behalten, oder zu Iudiciis Prouincialibus minoribus geworden, an einigen Orten aber daraus Ober - Gerichte formiret. Quodsi igitur cum hisce sententiis e Statu Imperii hodierno vere mutilatis opinionem DNI. HAGEN, quam habet in Diff. de Iudicio Prouinciali Norimb. p. 44. 45. 47. vnire velles, oleum et operam perdidideris, cum ea plane non sit concipienda, ne quidem vero similia euadant, quae ibi adducit, quod Iudicium Prouinciale Noricum aequè late iudicet, ac Imperatorum prohibendae Iustitiae potentia per Imperium diffundatur, ita vt vnum Imperatoris et Burggrauii sit Tribunal, huiusque Iudicii directio nullis territorii limitibus sit circumscripta.

§. XLIV.

Nos igitur genuina Principia e Systemate Imp. hodierno eruere, et deinde veram et modernam indolem Iudicior. Prouincialium demonstrare decet, ita vero quemcunque conuictum dare nobis in sequentibus liceat, impossibile esse exercitium Ictionis extra territorium adpropriare Iudicio

Judicio Prouinciali, aut quemadmodum Dnus H A G E N
 opinatus fuit, illi cum Caefare parile Judicium attribuere,
 multo minus extra territorium extendere. Argumenta,
 quae haec conftanter verificant, latent in fequentibus. I.)
 Vel cuique conftat, qui aliquatenus modo Hiftoria Juris
 Patrii tinctus, Judicia prouincialia eum in finem instituta
 fuiffe, vt pacem publicam et requiem in Imperio tueantur.
 Ita vero infelicia tempora, in quibus *Ius manuarium* Legi-
 bus praeualuit, temperarent. Ciuibus vero germanicis in
 raritate Iudiciorum coram Iudice Ius fuum quaerere difce-
 rent, Status hodiernus Imperii monftat, dum hanc anti-
 quam faciem ipforum rite expendimus, rationem ceflare
 institutionis, institutum ipfum ergo obfolescere ex natura
 fua patet. Diffidationibus enim in aeternum per falutares
 Imperii conftitutiones hodie nuncius miffus est. Pax pu-
 blica cum Archidicasteriis Imperii vnice nunc Ciuium Ger-
 maniae Iudiciis fupremis reftaurata, et Legibus perpetuo
 valituris ftabilita, nec de eo cogitare hodie amplius opus,
 quae motiuum fiftunt institutorum Iudiciorum Prouinciali-
 um. Deinde II.) Cum in Capitulationibus Caefareis cui-
 que Imperii Statui Jus primae Instantiae vna cum Priuile-
 gio Auftegarum tanta cura adpropriatum eft; fane vel nul-
 lum Jus primae et fecundae Instantiae, quae ad Dicasteria
 Territorialia ducit fubdites, ftatuas, vel exercitio Iudiciorum
 prouincialium, mutata ita republica noftra valedicas, neceffe
 eft. Sin aliter vel cum vfu moderno Iudiciorum Prouincia-
 lium illud paradoxon Juris publici vrgere te oportet; Quod
 in Capitulationibus Statibus Jus primae Instantiae in aeter-
 num

num additum, cum reuiuifcentia Iudiciorum prouincialium Membris Imp. eo momento rurfus ademptum effer, quo igitur talis contraditio et res Statum vniuerfum immutans fecurius euitetur illud, fequela indubia effer, Capitulationem Caefaream cum aliis Sanctionibus pragmaticis aliud Ius veteri, Iudiciis prouincialibus fauente, derogatorium fanxiſſe, ita vt per Leges Iuniores v. g. Ordinationem Camerae, Pacem Weſtphalicam vere recefferint ab antiquis illis Priuilegiis eorum, qui ad Exercitium ICTionis ſub nomine Iudicii prouincialis ſe legitimare ſed olim poterant, itaque communi Statuum ſuffragio per Leges poſteriores prioribus derogatum reuera effer, e contra Iurisdictione Statuum tanquam effectus hodiernus a Iure Territorii inſeparabilis, cum cuius Territorio coniunctus exiſtit, quin ſequitur porro Status eos aliquo forte Iudicio prouinciali donatos eo ipſo dum in vim pacifcentium huic legi poſteriori, Iudiciis prouincialibus derogatoriis hodie accedere, tale factum pro renunciatione Priuilegiorum per ſe obſoletorum, nec cum ſyſtemate praefenti vniendorum agnoſcere praeciſe teneri. Quomodo igitur Status talis ex Priuilegio Iudicii prouincialis olim rebus aliter comparatis obtenti, hodie illius veterem ICTionem in Conſtatum extendat, ſi tamen eum ſimul ſequentis Imperii Legis Conditorem et Authorem ſimul fuiſſe probatur. C. G. O. Zu Worms. 1521. tit. 30. Ferner iſt auch betrachtet, daß alle des Reichs-Verwandten bey ordentlichen inländiſchen Rechten auſſerhalb der Händel die nach laut vor aufgerichteter Ordnung an das Kayſerliche Cammer-Gericht gehören gelaffen, alſo das ein jeder in dem Gericht, darinn er ohne Mittel geſeſſen

K

und

IURAD

und gehörig fürgenommen, und das --- je eines das andere bey
seinem gebührl. Process. und Lauff obn Eintrag oder Verhinderung
ließ. Item porro: Daß alle Rescripta, Commissiones, Auoca-
tiones, Iussiones und Befehl so wieder diese Ordnung ausgehen sol-
len, nichts irren sollen.

§. XLV.

Impossibile igitur est subsistere indolem pristinam Iud.
Prou. Caes. cum hodierno Systemate Imp. vel enim abroga-
ta sunt Iudicia prouincialia, vel exulant Constitutiones Im-
perii et in illis Statibus tam saepius adpropriatum Ius primae
Instantiae. O. C. anno 1495. rubr. Die Unterthanen in ihren
ordentl. Gerichten bleiben zu lassen. REFORM. WORM. de anno
1531. Tit. 30. c. 9. RECESS. IMP. Col. 1512. §. 13. Daß ein je-
der in dem Gericht darinn er ohne Mittel gehörig fürgenom-
men werden soll. DAT. de pac. publ. L. IV. c. 7. p. 880. Quis
nunc haec ex dictis constitutionibus promanantes seque-
las inficiabitur. Hodie antiqua Iudicia prouincialia non
obstantibus suis Priuilegiis cassata et si cum Priuilegio pri-
mae Instantiae concurrant, tanquam odiosa esse reiicienda,
prius vero pro fauorabili declarandum, et quidem ea de cau-
sa, cum fundamentum primae Instantiae in publica vtilita-
te, ergo in causa de nouo superueniente expresse radicatum
sit, Clausula neque Cassatoria prioribus Priuilegiis adiecta
eam vim habet contra expressam causam de nouo super-
uenientem DECIVS Consil. 167. Recte inde iudicat Dominus
DE LVDEWIG Erläuterung der guld. Bull. P. II. p. 16. n. Was
etwa vor Gerichte in dem Reich sich dergleichen IVRIS EVO-
CANDI

CANDI anmassen könnten, solches ist im neckst vorbergehenden Absatz L. a. gezeigt worden, dadurch denn allen und jeden der Weeg und das Recht hierzu verschlossen ist, und ob gleich einige hieselbst ihre ältere Gerechtsame ihre Privilegia contra omnia Privilegia oder sonst etwas vorschützen wollten, dieweilen aber dem Kayser und Reich allemahl frey stehet die ehemahls verliehene Privilegia nach der Beschaffenheit und denen Umständen des Reichs einzuziehen, und zu veraendern, nachgebends auch die Aurea Bulla ein Grund-Gesetz des Reichs ist, so wird der Schluß hiervon billig dieser seyn, daß sich alle Kayserliche Land-Gerichte hiernach zu achten haben. Quin imo III.) Si indolem Iudiciorum prouincialium rite consideramus a sua natura primaeva dicuntur Iudicia Caesarea, sed nec Caesar ipse hodie contra Ius primae instantiae Statuum euocare valet, quomodo quaeso Iudicia eiusmodi obsoleta, vel supra ipsius Caesaris Autoritatem ascendere volunt, positis his, quae nemini in mentem veniunt, sequeretur sane ea Iudicia Prouincialia, Archidicasteria Imp. praerogatiua antecedere conari, dum se pro maiori, haec pro minori in consecuturis effectibus sistant. Certe vacat Camera citare mediatum, iuxta Ordinationem ap. D A T T de pace publ. L. IV. c. 1. n. 182. p. 721. ibi: Item. Das Cammer-Gericht soll in der ersten Instanz oder Rechtfertigung auf niemands Klage Ladung erkennen. Add. idem p. 878. p. 880. R E C. I M P. de anno 1512. §. 13. O. C. de anno 1555. P. II. tit. 1. §. 1. Citatione vero eiusmodi Camerae interdicta, non superfedere volunt Iudicia, quibus Ius illud denegamus.

§. XLVI.

Cui vsui vero essent hae leges Imperii, si pergerent in Exercitio Judicia, de quibus loquimur, qua ratione tuti Status cum Priuilegiis Austregarum et primae Instantiae, si antiqua cum nouis mirabiliter miscerentur, ne igitur quid timendum de *euocandis subditis*. Solet Camera in transgressorem Legum supra allegatarum serio animaduertere, vel poena Banni, vel alia ad delictum accommodanda. STRYCK *us. mod. L. 49. tit. 3. §. 7.* BOEHMER *Iur. Eccl. Prot. L. I. tit. 30. §. 16. 17. 18.* LUDOLPH. *Obs. Forens. T. I. p. 351.* SYMPHOR. *Cameral. T. I. Consult. 43.* Propter has Leges et paenas Praxis Imperii in tuto collocauit Status cum subditis suis, et ita Sälus publica, et cuiusuis mediati in quaerendo Iure suo Commoditas salua tecta conseruatur. Elogium L. B. DE SECKENDORFF *Fürsten-Staat P. II. c. 9. §. 9. p. 253.* tanquam singulare et attentione sua dignum huc excerpere nobis liceat, quo magis pateat, quomodo subditis hodie in prima Instantia consulatur: ibi: *Es werden die vor die Unter-Gerichte und Regierungen gehörige Sachen in erster Instanz oder Klage allda gelassen, und dahin gewiesen, auch die sich muthwilliger Weis davon entziehen wollten, mit Straffen darzu angehalten, sintemahlen die Billigkeit erforderet, daß eines jeden Gerüthbahrkeit und Respect über seine Untertanen erhalten werde, kan auch der Landes Fürst ohne Hülf und Uuter-Auff-sicht solcher Gerichts-Herren nicht alles bestreiten, und geschehe denen Leuthen selhsten zu viel und wehe, wann sie alsobalden von ihren ordentlichen Richter, den sie in der Nähe haben, und oft mit geringen Kosten entschieden werden, weggeruffen*

geruffen werden sollten. Cum quo consentiunt alii Viri magni Nominis. LVDOLPH HVGO de Statu reg. ger. c. 4. §. 40. HERTIVS de consultat. leg. et Iud. §. 22. ZIEGLER de Iure Majest. L. I. c. 29. §. 17. HEINECC. de ICtione patrim. §. 22.

§. XLVII.

Deinde IV.) Si omnia ea non essent, nec in vim Iuris constituti allegari potuissent, quae latius adduximus, vel ex Priuilegiis Exemptionum Statibus a Caesare concessis libertas per se pateret, nullum vel exiguum ICtionis Exercitium Iudiciis prouincialibus relictum esse, quandoquidem plurimi Episcopatus ante constituta Iudicia prouincialia iam exinde Priuilegio primae Instantiae antiquitus potiti sunt, dum ab omni Comitum Iudiciaria Potestate exempti et propria ICtione territoriali iam instructi apparent. Quincunque vero in antiquioribus Priuilegiis ab omni ICtione Comitum liber est, plane non indiget aliqua Exemptione particulari, alicuius Iudicii prouincialis, cum eo ipso Caesari vel in Imp. Vnico Iudici, salua sua ICtione territoriali, vel concessio beneficio primae Instantiae olim immediate paruit. Qui vero stante aliquo Iudicio Prouinciali a Caesare demum Priuilegium Exemptionis impetrauit, pari Iure cum Iudicio gaudet, ergo eodem ICtionis genere suos iudicat vti Iudex Prouincialis non exemptos, cum Imperator fons omnis ICtionis, ergo Concessionis et Exemptionis existat. Testimonium aliquod allegabimus, ex quo clariores fieri possumus. Ecclesia BAMBERGENSIS antiquitate antecedit omnia Iudicia Prouin-

uincialia, gaudet Priuilegijs Exemptionum ab omnium Iudicum Euocationibus, ergo ab eo aeuo iam primam Instantiam in hoc Statu adepta est. Antiquissimarum Exemptionum formulae, quibus Episcopatus BAMBERGENS. a prima eua Ereptione sua praeualet, ita communiter sonant: *Sit liberum Iudicium, Ducum, Comitum omniumque Iudicaria potestate securum.* FALCKENSTEIN *Cod. Dipl. Doc. de anno 1158. 1060. Fol. 28. 36.* Praerogatiua vero antiquiorum Exemptionum Priuilegiorum prae illis Priuilegijs, in quibus Iudicium prouinciale concessum exinde apparet, cum in concursu eorum illud, quod tempore posterius est, si iuxta prius vel antiquius ponatur, euanescat, hoc enim ex post sub] et obreptitium reputari, testatur MEVIUS *p. II. Decif. 182.* idque abs omni dubio, si in prioris Exemptionis Clausula subsequenti Priuilegia Contraria annullans deprehendatur.

§. XLVIII.

Status vero illi, qui stante Iudicio aliquo prouinciali Priuilegia Exemptionis demum consecuti sunt, eatenus fetutos contra Euocationes hodiernas sciunt, cum ex eodem fonte, quo Iudex prouincialis Ius suum habet, exceptionem fori declinatoriam opponit. Priuilegiatus ergo contra aequae Priuilegiatum tunc non amplius in pari causa vel in re Communi utitur Iure suo, sed melior est conditio prohibentis, Praeprimis cum fori declinatoriam vrgentibus ipsa *Capitulatio Caesarea* adfistat. *Art. XV.* Quae vult, vt Status a Caesare cum suis Priuilegijs defendantur, licet alia Exemptio-

ptionum Cassatoria ab aduersa parte in hac lite produci queant. Quibus obseruationem Perill. Dni. de SENCKENBERG *tr. de Euoc. c. 3. §. 5.* ad illustrationem Materiae merito subnectimus. Ibi: Quod tamen Capitulationibus nostro aeuo inferi vel ideo superfluum est, quia prima Instantia haud dubie hodie ad eorum numerum pertinet, quae in *Art. VIII. I. P. Generali lege Statibus* confirmantur. Quapropter Status vel Ciuēs Imperii hodie petitis desuper mandatis ab Archidicasteriis sua pristina Iura vel vim Priuilegi-orum Exemptionis, vel Ius primae Instantiae facile conseruare possunt. Tenentur tali supplicae illico deferre illa Tribunalibus. Ex recentioribus exemplum vnicum cum antiquiora vix pagina nostra capiat, in praesenti allegare constituimus. *Zu Farrenbach, Fürberg und Azenhoffen contra die Gemeinde zu Fürth puncto Iuris lignandi, et aliorum Iurium von Fibzboffer, als deren beyden Fürstlichen Häusern Culmbach und Anspach Gemeinschaftl. Anwald sub praes. d. 24. Septembris 1729. producendo allerunterthänigste Ableinung deren von Seiten des Stifts und Dom-Probstey zu Bamberg eingebrachten obnstatthafften Interuention, supplicat humillime, um selbige damit ab- und dahin anzumeisen, daß selbige das Kayserl. Land-Gericht an dem Exercitio Iudicaturae künfftighin keinen Eintrag thun, und die Administration der Iustiz nicht behindern sollen.*

Referuntur exhibitum et conclusum.

Rescribatur cum inclusione horum Decretorum in Originali et Copia der Dom-Probstey zu Bamberg, um selbige behö-
rigen

vigen Orths auch allenfalls autoritate Caesarea publiciren, und zur Execution bringen zu lassen, mit dem Anhang, daß gleichwie Ihro Kayserlichen Maiestät aus bewegenden Ursachen diese allschon vsque ad Duplicas gebrachte, und auf dem Schluß stehende Haupt-Sache an die Dom-Probstey tanquam Iudicium competens unter heutigem Dato remittiret haetten, also dieselbe solche Sache ohne einzigen Verzug wieder vornehmen. etc. Cum horum omnium notificatione r-scribatur dem Kayserlichen Land-Gerichten des Burggraffthum Nürnberg. Es kömten allerhöchst gedacht Ihro Kayserlichen Maiestät in gegenwärtigen Fall keineswegs befinden, mit was Fug die Gemeinde zu Fürth von der Dom-Probstey als ihrer ordentlichen Obrigkeit und dem in specie in dieser Causa agnosirten Gericht gleich wieder abspringen, und eine Sache - - - erst neuerlich ohne Erwartung eines Beschaidts an ein anderes Gericht bringen, noch wie das Kayserliche Land-Gericht selbige bey solcher Beschaffenheit annehmen, ja so gar in einer schon auf den Spruch stehenden Sache erst Citations, Mandata und dergleichen Verordnungen ergeben lassen mögen. Bey welcher und anderen in Actis vorgekommenen Umständen, auch deren reiffer Überlegung, Ihro Kayserl. Maiestät alles vorgebrachten Einwendens obngehindert dem Recht und Billigkeit gemäß befunden hätten, diese ganze Haupt-Sache an die Dom-Probstey zu Bamberg-- zu remittiren, des gnädigsten Versehens, es werde das Kayserl. Land-Gericht dießfalls nichts hinderlichs in Weeg legen, noch sich dießfalls weiterer Cognition in der Sache anmassen, noch der unrubigen Gemeinde zu Fürth hinkünftig mit gemaffneter Hand zu Ausübung ihrer Gewaltthaten mehr die Hand bieten.

§. XLIX.

§. XLIX.
 Quodsi vero V.) vnico verbo ICtionem Iudiciorum
 prouincialium exulem probare velis, ad Priuilegia de non
 euocando Statuum retrogradere, et fundamentum tale,
 quali nil opponi potest in mundo, ibi reperies. Nulla
 ICtio Iudicii prouincialis potest exerceri absque euocatione
 subditorum ex alieno territorio. Hasce illicitas esse, hasce
 impedire Superioritatem Territorialem Statuum et denique
 derogare ICtioni Archidicasteriorum Imperii, res ex se ipsa
 clara est. Caesarem ergo euocatis illis, Mandatis S. C. suc-
 currere debere, sequela est dictorum nostrorum, cum at-
 tentatum Euocationis sit factum contra Leges Imperii, hinc
 nullo Iure Iustificabile, quin quatuor casus, qui Processum
 Mandati alias in genere fundant, huc quadrare videntur, si
 ex Analogia Iuris publ. fiat congrua eorum explicatio, est
 inde quod, vel omnes Capitulationes Caesareae illud quod
 statuimus, in vno ore habeant, CAP. CAROL V. *Art. 15.*
 FERDINANDI *Art. 14.* MAXIMIL. II. *Art. 15.* RVDOLPHI
Art. 14. MATTHIAE *Art. 15.* FERDINANDI II. *Art. 14.*
 FERDINANDI III. *Art. 17.* LEOPOLDI *Art. 18.* IOSEPHI
Art. 17. CAROLIVI. *Art. 18.* CAROLI VII. *Art. 18.* FRAN-
 CISCI *Art. 18.* Non aliter nisi, vt Systemati Imperii rui-
 nam miniteris, et summa imis misceas, Constitutionibus
 autem Iura Statuum in tuto collocantibus, nuntium mittas
 iterum, si noster aduersarius eris, vnde Euocationes in
 ICtione extra Territorium, vel in alieno, seposita seruitu-
 te Iuris publ. nullibi apparente, approbari nequeunt. In-
 iustitiam vero harum et ex hac non vsum Iudiciorum pro-
 uin-

uincialium vterius ex professo delineare apud animum constituimus. Prohibitis enim euocationibus iuxta consequentiam sanæ rationis, exercitium Iudicii alicuius provincialis ipsum illicitum apparere necesse est.

§. L.

Primum deducamus Praxin et opinionem mediæ æui vel temporum antiquiorum, quo in concatenata serie, quod nostri vsque hodie de Euocationum iniustitia arbitrati fuerint, patefiat. Germanis æque ac Romanis illud perplacuit institutum, vt actor forum rei sequeretur, hoc est, reum apud Iudicem ipsius rei congruum et competentem Iuris experiundi gratia conueniret, cuius vero ICTIONI proxime reus subiectus est, et a quo coerceri potest, illum in Iure dicimus Iudicem competentem. Taedium inde emanat germanicæ gentis, quod ex Euocationibus hinc inde ceperit et testata est, Exempla enim in Historia Germaniæ tam numerosa, vt nihil supra, se obtutui lectoris sistunt, vi quorum contra forum protestati sunt rei, ad extraneum euocati, credere enim eos in alieno foro non secundum terræ legem iudicari. Nil magis Germanis insolens visum, quam extra prouinciam iudicari. Testis est Illustris HENRICVS LEO DVX SAXONIAE, is ab Imp. FRIDERICO I. proscriptus, apud ARNOLD *Lubecensem Chron. Slauior. L. I. c. 24. p. 664. T. II. Leibn.* Iniuste de se iudicatum esse affirmabat, dicens se de Sueuia oriundum, et nullum Statum proscriptione damnari posse, non conuictum in terra natiuitatis suæ. Ne vero quis credat, forte hoc Elogium est

se sequelam Iuris principum, vel priuato non aequè ut tam potenti Principi Imp. Euocationes detestari licuisset, aliud Exemplum priuati Ciuis Imp. de Euocationibus conquirentis in hoc sistimus. Testis est: Carta FRIDER. BARBAR. an. 1181. ap. MENCKEN *Collat. T. I. p. 770.* HENR. et WERNER de *Stechowe* profitentes se Iuri Francorum cum progenitoribus suis addictos, Possessionem suam in Borsendorph. Sanctae Mariae in porta coram prouinciali Lodeuico in quorum ditione Possessio ipsa sita est, Iure et Iudicio Francorum publice contradixerunt - - hanc reclamationem IVRE FRANCORVM PRORSVS IRRIAM iudicauimus. Quo igitur quaeuis gens secundum illas speciales Leges quibus uiueret, iudicaretur, Caesaris erat obligatio totum Imperium permigrare, cum Euocationes subditorum extra Prouinciam non solum taediosae, sed incognitae plane fuerint, sed Iudicium in foro Originis vel domicilii minus extra Prouinciam erat instituendum, quare rite opinatur LVDEWIG *Aur. Bull. P. I. p. 773.* *Dass in denen ältesten Zeiten vor der Aur. Bull. nie aus anderen Provinzen, also auch aus Böhmen kein Unterthan weder vor fremdes Gericht gezogen, noch darinnen verurtheilet werden mögen.*

§. LI.

Alibi in hac nostra Dissertatione dictum fuit omnem Ictiorem in Imperio ab initio fuisse penes solum Imperatorem, veritas quoque omni dubio caret, cum ipsi vbiuis historia Imp. testis sit. Quoties igitur ille Iudicium de causa litigiosa non praecise in illa Prouincia instituere poterat,

in qua lis agitata erat, quoniam Caesar absens et alibi degeret, res quoque, dum forte magni ponderis erat, eiusdemque praesentiam, ne lis nimium retardaretur, expectare nequibat, iustum erat extra Prouinciam euocare reum, nihilominus Euocationes e prouincia in aliam in Regula erant prohibitaе, et modo sub data circumstantia, hinc in Exceptione dabile, in genere ergo rarius factae, tamdiu iniustam illam credidere Veteres, usque dum maiori iniustitia et quasi ex cerebrino Statuto specimen iusti Euocatio illa semper incognita obtinuit. Nobis hic in subsidium venit locus Abbatis VRSPERG. p. 227. edit. 1609. notatu dignissimus. Ibi: AST IMPERATOR ipsum Ducem Henricum Leonem frequenter euocat ad Curiam ad obiecta responsum, ubi quidam Principes et Barones fautores Ducis more Teutonicorum, qui sine lege et ratione voluntatem suam pro lege statuentes contra Imperatorem hoc Ius tenere volebant, ut Imperator Ducem condemnare non posset, nisi infra terras Ducis placitum statueret, porro quidam Nobilis exurgens in medium proposuit, quod lege Duellionum, quo et lege et ratione contra quemlibet secum pugnare volentem, quod Imperator quemlibet posset euocare pro Iustitia, ad locum quemcunque vellet, infra terminos sui Imp. existentem, cumque nullus isti se offerret ad pugnam, Edicto Imperatoris praefata sententia pro Iure perpetuo statuta fuit, quam non dubium est, Autoritate et ratione firmari. Ruditas ipsius seculi igitur et decisio Causae in armis posita, Ius pristinum aequum in iniquum redegit, siquidem ab hoc tempore nemo

am-

amplius Euocationibus Imperatoris extra prouinciam con-
tradixit.

§. LII.

Quodsi nunc ex hac Doctrina Iuris Germ. illud pro
Principio ponimus, Iudices prouinciales fuisse Vicarios
Caesaris, plane mirum non est, Iudiciis prouincialibus
Caesareis quemuis ex Imperio euocandi fuisse licentiam, ad-
sunt proinde Exempla Euocationum quam plurima hodie
tamen innocua et nullius vsus, cum ex illis minus recte in-
feratur, Euocatum olim fuisse aliquem Principem, ergo
euocandi pristinam superesse licentiam. Transeat ap. D.
de FALCKENSTEIN *Antiquit. Nordgau.* et HOFFMANN
Annal. Bamberg. p. 100. extare, Episcopum Iohannem Her-
bipolensem Iudicem expertum fuisse Iudicium Prouinciale
in Nürnberg, quod potius ad Caesaris Iudicium Curiae in-
terpreteris, transeant omnia quoque eiusmodi Exempla
Euocationum ad Iudicium Prouinciale Norimbergense ab
Illustr. Dno IVNGIO *Miscell. T. I. p. 242. sq.* recensita, cum
allegare facile erat negotium et probare simul Vasallos Her-
bipolenses Ictioem in Iudicium Noricum prorogasse, quo-
niam eodem tempore Ictio erat Caesaris E. Iurisdictio Iu-
dicii Caesarei itidem subditos Imperii euocauit vt Caesar
ipse, Thesin nostram vel ipse Illustr. AVTHOR corroborare
intendit, dum l. c. p. 246. allegat. *Mehr hat gedachter
meines Gnädigen Herrn Burggrau Johannes Anwald klagt auf
alle die Gut und Recht, die die Ehrwürdige Herrn, der Dom-
Probst Decket, und das Capital gemeiniglich zu Würzburg ha-*
ben

ben in vim huius Protocolli Iudicialis vel ipse D. Burggravius Iudicium Prouinciale Noricum tanquam suum forum competens declarauit et habuit, quomodo alias in ipso Iudicio propter exceptionem suspecti tanquam Actor apparuisset, si illud proprium et Burggrauiale Iudicium fuisset pronuntiandum, quin imo ex loco allegato patet, Vice Praesidem Iudicii Dynastam de Haideck causam cognouisse, et decisionem in ipso tulisse, quod saluo suo Iure Burggravius pati minus potuisset, si Caesaris non fuisset Ictio. Burggravius enim tanquam partem et Dynastam de Haideck tanquam Iudicem deprehendimus. Alia quoque exempla hodie praerogatiuae Iudicii illius nec proficua nec derogatoria adumbrabimus, Euoluatur Ill. Consil. intim. de IVNG Miscell. l. c. *Ernmolt Zobel von Gibelstatt hat klagt auf alle die gut und Rechte die Herr Leupolt von Grumbach Dumberr zu Würzburg hat zu Grumbach zu Blaichfeld.* Hofce nobiles paruisse Caesari Imperii immediate, vel ex causa coram Iudicio Caesareo ventilata interea patet, deinde cum Ingenui eo tempore tanquam *Schöppenbahre Leitte* Iudiciorum prouincialium essent Assesores. Vnde ipsis apud speculatores germanicos nomen VIRORVM IUDICARIAE POTESTATIS: ODER ZV DENEN BANCKEN GEBOHREN attribuitur, merito coniecturamus Dnum de *Zobel Leupoldum* de *Grumbach* in Iudicio Herbipolensi prouinciali conuenire non potuisse, licet haec vere Rei prima fuerit Instantia, *Sein ordentlicher Dingstuhl.* Quod statuere Ill. GRYPEN *Discept. forens. p. 708.* nobis ansam docte suppeditauit. *Wenn der schoeppenbahre belangt wurde*

in seiner Dingstatt, so mußte er raumen beydes Stul und Amt, und wurde nach der Redens-Art des veteris Glossatoris: gezogen aus seiner Jeghenode i. e. extra prouinciam. Ita igitur praeter prorogationes in Imperio, adhuc ex arbitrio partium pendentium, singularis ratio apparet ex antiquitate germanica deprompta, quam congrue nobilis Herbipolensis coram Iudicio Burggrauatus conueniri potuerit.

§. LIII.

Dubium vel plane nullum de antecedentibus supererit, Iudicia prouincialia fuere Caesarea E. ipsis quemuis euocare licuisse, simul patefcit. Id enim praeterea testantur Priuilegia subditorum Imp. mediatorum; Cum odiosum et his erat, extra viciniam et extra prouinciam ire ad Ius extraneum, quoniam cetera sua commoditate in cognitione causarum propiori omnino fruebantur, hinc de Priuilegiis de non euocando itidem curarunt ii, quibus hodie illud facere nefas iudicaretur. Plane ergo nihil illud in Reccessu habet, subditum aliquem, vel vniuersitatem Status alicuius Imperii mediatam priuilegio Caesaris acquisuisse Exemptionem a iudicio prouinciali, olim illam euocante, nec illud plane sequitur, ergo immediatus est ille pagus, vel Iudicio prouinciali immediate olim paruit, et forte haec circumstantia Priuilegii nota est ipsius pagi pristinae immedietatis; rem ex condigno dilacidauit Vir Perill. de SENCKENBERG *Diff. de Euocat. p. 1409.* ibi: obiter moneo, cachinnum mereri, siquis, quod tamen valde frequens est, se absque medio Imperatori subiectum antiquo de non euocando

cando priuilegio probare velit. Imperator enim, qui secundum supra tradita immediatos aequae ac mediatos euocabat, cur non et mediatis Priuilegia de non euocando concedere potuisset, imo sunt exempla, ubi Status aliquis sibi vicinos subditos alterius euocationibus affixit, nonne putas, hoc in casu Priuilegium mediatis a Caesare dari potuisse.

§. LIV.

Sed ex consuetudine, quod vicaria Potestas nomine Caesaris pristinis Iudicibus Caesareis nunc Statibus Imp. concessit, inualuit mos, nullo Iure munitus, inde turbis dans ansam, Euocationes Ducum, Principum, Comitum, Dynastarum in Imperio factas fuisse frequentiores et quasi antiquo fundamento Iuris approbatas, dum has abusuas Euocationes aegre ferebant Status, tragica bella et diffidia pristinis diffidationibus simillima protinus inde orta, eas modo, quae in vicinia contigere turbas, exempli loco allegabimus, ut simus breuitatis studiosi. Sic Dux Bavariae Ludouicus anno 1437. cum Episcopis Bambergensi et Herbipolensi Euocationes Iudicii prouincialis Burgrauatus Norici tam diu quoque praeiudicium ipsis in illicitis Euocationibus reuera factis imminens auertere studebant, usque dum res ad Statum diffidationum, amicabilem euentu cadente, euasit, quae tandem interuentu Ducis Saxoniae Wilhelmi feliciter anno 1460. compositae et transactione, quo cessent Euocationes, finitae sunt. Historiam belli, et qua attentione rem tam malae sequelae intuitus fuerit Ludoui-

Ludouicus Dux Bauariae cum suis foedere iunctis Episcopis, latius retulit Cancellarius Bauariae ADELZREITER *Annal. Boior. P. II. Lib. 8. §. 29. p. 176.* ibi: ortae inde inter Ludouicum et Albertum Brand: similtates, quae tandem in hostilia defierunt, res nouas moliebatur Albertus fretus Caesaris tabulis. Quibus aiebat, factam sibi velut constituto vniuersae Germaniae praetori esse potestatem, quemuis ex german. Imp. in Arcem Carloburgum auctoritate publica pro arbitrato ad suum tribunal reorum more citandi. Alberto se se Episcopus Eistadianus foedere cum nonnullis aliis sociarat, communibus armis vim Ludouico illaturi vel prohibitori. Ad Ludouicum accesserunt Herbipolensis et Bambergensis Episcopi. Belli initium refert TRITHEMIVS anno superiore, nulla tamen re gesta memorabile, nisi quod Ludouicus Castro Landeckensi et Stauffiano solo aequatis, cum ad maiora propius veniretur, copiis vtrinque ad mutuam perniciem comparatis, ea conditione de pace conuenit, vt Albertus Ludouico, quae dixi, Caesaris diplomata traderet, suasque clientelas velut Noribergensis Burgrauus more recepto ab Herbipolensi Episcopo fiduciaria Lege acciperet. Albertus ad diem dictam Norimbergae Caesaris tabulas in confesso publico Ludouico cum portexisset, hic acceptas, mox inspectante magna hominum frequentia discepfit, quam rem Fridericus Imp. velut Maiestatis suae contemptum interpretatus negauit se pacta conuenta probaturum, sed Decreto in Ludouicum tanquam reum laesae Caesareae Maiestatis bello, iussit omnes Imperii ordines Alberto Brandenb. ferre

0197

M

sup-

suppetias, pariere omnes Sueviae ciuitates, Norimbergen-
 ses negarunt, se arma contra Ludouicum laturus, hinc
 acres inter cognatos Principes inimicitiae; Ludouicus, vt
 belli sedem in hostico figeret, prior in castris fuit: Colle-
 cto enim ex Boiis, Bohemis et Auftriis valido exercitu
 Marchionis prouincias ingressus, captis haud paucis Ca-
 stellis et oppidis, agros praedis ac incendiis, cum ingente
 Marchionis damno vastauit, vicem reposuit Marchio. Lu-
 douico enim in Bohemiam profecto, irrumpens in Boioa-
 riam, ferro, flammis, rapinisque foede fuit grassatus, do-
 nec lite sopita, locisque, quae bellantes inuaserant, vltro
 citroque restituit, Albertus pactus induciis arma tantif-
 per exiit. Ludouicus Episcopo Eistadiensi offensus, quod sua
 cum Alberto consilia, viresque iunxisset, castra admouit Eista-
 dio, et incenso suburbio tredecim hominum millia vrbi cir-
 cumposuit, Episcopus ab armis imparatus, oppugnatione
 non expectata ipso Christi resurgentis die fecit deditioem,
 pactus se contra Ludouicum isto bello nihil opis Alberto
 laturum, Ludouicus tempore et bene animato milite vten-
 dum ratus regressus in Brandenburgici fines, Rotum obsi-
 dione cinctum deditumque occupauit. Albertus ne ma-
 lum grassaretur latius, cum decem armatorum millibus
 succurrit, castrisque loco opportuno munitis confidet, in
 omnem Ludouici motum intentus. Stetere ambo agge-
 ribus circumsepti septenas omnino hebdomadas, velitaribus
 conflictibus mutuo infesti cum castra medium militare di-
 rimiret, ne summa res iustae pugnae committeretur, in-
 tercessit Augustanus Episcopus iratosque sic pacauit, vt
 qui Roto

Roto reddito Ludouicus Brandenburgici fines excederet, res erat potissima de Limitibus exercendae Iurisdictionis, quos Brandenburgicus plus iusto conabatur proferre in Ludouici iuxta aliorum Principum ditiones.

§. LV.

Priuilogia quoque vix innumera aduersus Euocationes Iudiciorum prouincialium a Statibus obtenta illud testantur, nec Caesari ipsi visum fuisse, mutato Systemate Imperii accedere Iudiciis istis eorumque ausibus, voluit potius eorum abusu ipse fieri testis. Carebant Iudicia prouincialia autoritate pristina, collisiones inter Statuum Dicasteria et Iudicia prouincialia, si Caesar et Imperium non interuenirent, ante oculos erant. Superioritas nec Caesari reliquit pristinam potestatem, quomodo Vicarius ipse de ea meditaretur, hinc contradictoria haec ne contingant, Imperatoris mediatione opus erat. Pacta vero cum Statibus Iudicium prouinciale Caesareum ad Iura sua referentibus rem absque controuersis pacifice composuere, et Euocationibus tandem certissime ianuam claufere. Ita Episcopatus Bamb. et Herbipolensis per bellum supra a ADELZREITERO delineatum illud ab Alberto Marchione, mediante transactione apud Rotum in Castris 1460. conclusa, obtinere, quae rem sole meridiano clariorem, litem vero ubique exulem iussit. ibi: *Wir haben uns auch alle viernemlich Jörg von Gots Gnaden Bischoffe mit Willen und Verhenknus der wirdigen unsern lieben andächtigen Albrechten Graffen zu Wertheimb Thum-Probsten Herrinds von*

M 2

M 2

Stein

Stein Decbants und des Capitel^s gemeinlichen für uns unserem
 Stifft und alle unsere nachkommen Bischöffe, und Wir Fridrich
 und Albrecht von GOTTs Gnaden Marggraffen zu Brandenburg
 für uns und alle unsere Erben und allen unsern Unterthanen,
 geistlichen und Weltlichen Landen und Leiten zu nutz und
 Fried in Ewigkeit vereinigt und vereinigen uns in Krafft und
 Macht dits Briff^s, nemlichen als der Hochgebohrn Fürst, Herr
 Willhelm, Herzog zu Sachsen, Landgraf zu Doringen, und
 Margrave zu Meyßen, des vergangenen Jahrs Rechtung, Bere-
 dung und Beteidigung bey Rot, zwischen uns egenanten Bi-
 schöffe Iorgen und Marggraven Albrecht gemacht, gethan und
 verschrieben hat, unter andern die hernach geschriebene Ar-
 ticul von VVorten zu VVorten also clerlich ausgesprochen sind
 von der Ländgericht wegen: Dafs alle des Stiffts zu BAM-
 BERG Leut, Lehn, Haabe und Gütere, Geistlich und VVelt-
 liche, auch desselben Stiffts Inwohnere und Landtessen zu ewi-
 gen Zeiten auf das Landgericht des Burggraffthums zu
 Nürnberg, nicht fürgenommen, geladen, bekommen, noch
 wider sie daran procediret werden solle in kein VVeis, das dann
 durch den ehegenannten unsern Schwehr Marggraff Albrechten
 und seinen Erben getreulichen und nothdörffliglichen versorgt
 werden soll; dafs solches an alle Eymtrege dabey bleib und nicht
 verrückt werde, und ob ichts darüber ohngeverlich geschehe,
 dafs doch ye nicht seyn soll, das soll ganz unkrefftig, unmech-
 tig und von keinem Werde seyn, ohn alle Gevenhde, so soll alle
 des vorgenanten unser Schwehr Marggraven Albrechten und
 seiner Herrschafft erblich Landtessen und Inwohner auch ihr Güt-
 tere, Lehen und Haabe an das Landgericht des Stiffts zu

1578

c M

BAM

BAMBERG nicht fürgenommen noch darwieder procediret werden ohngeverde, und ob solches darüber ongeverlich geschebe, das soll auch nit krefftig noch mechtig seyn ohngevebrde.

§. LVI.

Dum vero Ill. IVNGII tractatum quem de Comicia Burggrauiae edidit, perlegimus, loca ibidem aderant p. 51. et. 57. quae Episcopo BAMBERGENSI tunc temporis regenti illud imputatum iusto grauius fecere, quasi vero Transactio haec ex aemulatione quaesita fuisset, diffidationes ipsae, quas retulimus iniustae fuissent, et Ius Tertii labefactassent; vix iniuriam hanc defunctis Statibus Imp. illatam, ICTIONem suam multo antiquiorem tuituris, et ne Tertius in Priuilegia Caesarea forte inuolaret, cauentibus, aequi bonique habere potuimus, sed nostra crisi eam attamen humaniter, notare commoti sumus. Contrarium enim nobis ex Actis Publicis fide sua dignis aperte constat, Diplomata quoque, vti supra dictum, illud vberius testantur, Episcopatum BAMBERGENSI, ante originem Sereniss. Dominorum Burggrauiorum non solum propriam ICTIONem, sed et Exemptionem ab omni extraneo Iudice, ad quos in specie tempore sequiori nominetis prouinciale Iudicium Norico-Caesareum recensitum, concessas fuisse. Ex hac circumstantia nunc libere sequitur, BAMBERGENSEM Episcopatum versatum fuisse in ipso bello in terminis defensionis licitae offensionis oppositis, patet nunc vltterius Transactionem fuisse belli componendi causa conditam, non vt quid noui tribuerit Episcopatum, sed vt plane omne dubium

um ex Recessu exulet, an valerent eiusmodi Privilegia, quae nec Caesar ipse reuocare potis erat vel minus. Res ex eo dubii experta est, dum diximus, antea actum in Recessu illo Rotano de libertate et de Iure Episcopatus, non de Iure Dominorum Burggrauiorum, facultate, cum euocare BAMBURGENSES, Iudicio norico nunquam competiit, quoad eius nomen et Iura durarunt, sed propriae confessiones etiam super hanc veritatem sint nobis optimae probationes. Adsunt enim in Archiuo BAMBURGENSEI Literae Ser. Domini Alberti huius tenoris. *Vor Alters ist es zwischen uns und dem Stiffte also gehalten worden, wenn man einen die Seinen geladen hat, auf welchem Gericht es beschehen, die hat man so der ander das erfordert hat, gemiesen, und wir haben alle unser Tag euern Vorfabren Seelich noch euch, noch nie keine Weisung versagt, dergleichen ist uns auch beschehen, so sind wir auch verschrieben in der gemelten Eynung, das ein ieder dem andern bey seinen Gerichten bleiben lassen soll.* Confitetur in his formalibus Sereniss. AVTHOR ab immemoriali tempore inutiles fuisse Euocationes subditorum BAMBURGENS. et vice versa BRANDENBURGICORVM, viguisse potius reciprocum tale sine interrupta serie, fuisse Iuris Consuetudinarii, quod subditi ex errore euocati ad Instantiam Iudicis ordinarii statim, hinc ad Dominum suum remitterentur, nec adesse exemplum vnquam in contrarium. Adserit et illud Serenissimus, nouiter initam Transactionem apud Rotum id serio velle. *Dass ein ieder den andern bey seinen Gerichten bleiben lassen solle.* Ergo plane nulla haesitatio superest, forte Transactionem apud Rotum conclu

* * *

conclusam, in terminis tractatum, minus pacti deliberati et plenarii substituisse, quis talia enim credat, cum Sereniss. Marchio in Litteris multo post exaratis se ad hanc Transactionem in verbo IN DER GEMELTEN EYVNG: vbi Transactionem ad Rotum intelligit, deliberato refert, et illud negotium fuisse irrenocabile in vim pacti veri initum claro clarius confiteatur, vt taceamus de eo, fuisse illam mediante Commissario Imperatoris vel a supremo Imperii capite legaliter confirmatam; nunquam igitur de aemulatione, de diffidatione iniusta, de vi illata amplius cogitabis, si modo eiusmodi literas accuratiori mentis trutina facis scrutatus fueris.

§. LVII

Remissiones vero hasce ad Iudicem suum ordinarium non solum ex obligatione Legis et pactorum a provinciali Iudicio Norico factas fuisse, ex superioribus constat. Sed insuper in viridi praxi semper mansit illud Ius quaesitum Episcopatus, quod gratia Caesarum in antiqua formula constituit. Cupidi essent vel omnes illi Iuris Publici BAMBURGENSIS particularis et Priuilegiorum cognitores audire actum Priuilegiis illis aduersarium, et primaeuae libertati ab extraneis Iudiciis derogatorium, ita vt exemplum in Principatu hoc certe sine exemplo adducamus. Ratio in eo latet, dum nequidem ad Euocationes a Curia Imperali Caesarea *dem Hoff-Gericht*, tacuit Episcopatus ille, ipsique ex tam indisputabili Iure semper contigere remissiones subditorum ad proprium Iudicium, quae in Caesare vel eiusdem

muq

dem Vicariis facile obtinuere, dum Ius, de quo quaestio
oriebatur, primo intuitu in dubium exitit. Ita adsunt
Testimonia desuper sequentia DOCVM. CAROLI IV. Frey-
tag nach Laetare 1378. in causa HERMANNI DE WEIDEN-
BERG contra EBERHARD von GIECH, ibi: *VVir Carl von
Gottes Gnaden Römischer Keiser zu allen Zeiten mehrer des
Reichs und Kunig in Beheimb thun kund mit diesem Brif, daz
für uns kam der Ehrwürdig Lamprecht Bischoff zu BAMBERG
unser lieber Fürste, heimlicher Rath und Andächtiger und leget
uns für, wie das HERMANN von WEIDENBERG Ritter und
HANS sein Bruder unser lieben Getreuen vor etlichen Zeiten er-
langt, erklagt und ervollet hätten auf EBERHARD von GIECH
Genant - Ritter auf CONRAD seines Bruders Guth vor unsern
Kayserl. Hoff-Gericht etc. - - - Wann wir nu so getan unered-
licher Klag nit gestatten noch zulegen wollen, so nehmen wir
abee mit rechten VVizzen und von Kayserl. Mächten alle die-
selbe Anleit, Ervullung und Recht und wollen, daß es dem
obgedachten von Giech an ihren Leib und Guth zu keinen
Schaden kummen solle, in kein weiz, verdilcken und vernich-
ten dieselben Klage und Recht mit Krafft diz Brieffs, und wol-
len waz die vorgenannt von WEIDENBERG zu den obge-
nannt von GIECH oder ihren Guth zu klagen und zu spre-
chen haben, daz sollen sie fordern und nehmen vor den ege-
nannten Bischoff von BAMBERG mit urkund etc. etc.* Ad-
est porro aliud praeiudicium Caroli IV. scil. Reuocatio
actionis per SIGFRIDVM KROPF contra EPISCOPVM
LAMPERTVM ratione honorum in Episcopatu sitorum co-
ram Iudicio Imperiali aulico institutae et remissio ad Episco-
pum

pum et eius Iudicium BAMBERGENSE tanquam forum com-
petens de dato *Nürnberg den Freytag mo Simonis und Iudae 1376*.
Plura adsunt eiusmodi attestata Iudicialia, quae remissiones
de omni tempore et de omni praedicio probant, idque
simul priusquam Transactio illa penes Rotum in castris an-
no 1460. inita innotuit, quibus obseruantiam Priuilegiorum
BAMBERGENS. antiquiorum adstruere ualemus, idque si-
mul euincimus, si Euocationes cessassent quas capere Epi-
scopatus non potuit, nec vnquam historia diffidii ea enar-
rare sciuisset. Paginarum angustia uero minus admittit,
ut integrae literae inferantur, sed quoad rubricam commu-
nicare propter contentorum arduitate non intermisimus:
*Gerichts Händel, so von Friederichen des Römischen Kunig
Hoffgerichte und dann von des Herrn Marggraffen zu Branden-
burg Land-Gericht an des Dom-Probsten zu BAMBERG Ge-
richt in BAMBERG gewisen 1440. Alibi: Wie Graff Gumprecht
Kunig Friederichen Hoff-Richter in Sachen der Dom-Probstey
Lehn belangend an die Dom-Probstey weisen thut 1443. Porro
Appellationes von dem Gericht zu FÜRTH gen BAMBERG
für das Ober-Gericht der Dom-Probstey 1445.*

§. LVIII.

Iudicio Rothwilensi vnacum Iudiciis Westphalicis, qui-
bus parere olim reuera penes omnes obligatio aderat, per
longius tempus Statuum ICTIONEM propriam et Territoria-
lem obfuscare contigit, sane Iurisdictio ea Statuum prius
reuiuixisset, quam hodie in Territorio tanquam clinodium
quaerimus, si ea obstacula Euocationum non in his iudiciis

obuia fuissent, legat modo lites cum his, quas Status vrge-
 bant, patebit deinde, quomodo ICtionem territorialem vi-
 cinorum cohibere artem ita didicerint, quo longius liberta-
 te pristina potirentur, quam LL. Imperii hodiernae exu-
 lem voluere. Per Euocationes enim impediabant, ne Sta-
 tuum subditis ius secundae Instantiae in mentem veniret, vel
 vt ad Dicasteria territorialia nouiter instituta se conuerte-
 rent. Semper enim opinionem, maiora non essent Iudicia,
 Ius primae Instantiae esse demum confirmandum, Statuum
 Incolis olim ea frequentantibus inculcauere. Priusquam
 enim reus de territoriali Iudice cogitaret, iam euocatus ca-
 rebat Iudice secundae Instantiae proprio. Haec impedi-
 menta ICtionis territorialis, aliaque damna, quae subditis
 Statuum eorum, quae in tali Circulo commorantur, vbi
 viget Iurisdictio Iudicii Rothwilensis effecere, vt vel omnes
 Status Priuilegia Exemptionum contra illud Iudicium a Cae-
 sare obtinuerint, ita vt Priuilegiorum de non euocando fre-
 quentia hodie id effectum sit, vt fere omnes Status se im-
 mynes ab illius ICtione de Iure et Concessione Caesarea prae-
 dicent, illud vero, dum ita loquimur, tanquam dubium
 nobis occurrit, vnde ergo hodiernae querelae Statuum? si
 priuilegio tui sint exempti, praeprimis Nobilitatis immedia-
 tae sueuicacae mox in Comitibus, mox in congressu Pacis West-
 phalicae querelis suis apparentis, breuiter respondebimus,
 vti arbitramur, dum variis artibus Rothwilenses illud effe-
 cere, vt semper Priuilegijs aduersus se directis, sibi sit elu-
 dendi ratio, cum imprimis ex eo hoc fieri facile fuerit, dum
 casus excepti, vulgo *die Ehehafften* latius iusto extendan-
 tur,

tur, contigit et illud, vt præprimis in debilioribus priuilegia minus attenderentur, consultum hodie erit grauat, vt ad exemplum ciuitatis Argentinensis, ne duriora patiantur, a Caesare Priuilegium declaratorium impetrare student, quale nobiscum Perill. de SENCKENBERG in *Diss. de Euoc.* p. 1403. tanquam anecdoton communicare placuit.

§. LIX.

Quando quidem vero hodie tam multae adsunt Leges Imperii a nobis supra allegatae, quae Euocationibus modum imponunt, quin ipsas ex Imperio prorsus relegare intendebant, dubium plane nullum de sequenti Thesi restat. Vti Iudiciis prouincialibus ita et Rothwilensi contigit, vel enim Capitulatio Caesarea vel *Art. 8. I. P. W.* pro Regula aestimanda contra Rothwilense, et tunc contra omnia alia Iudicia hodie est praesumptio, ne euocare liceat, nisi in exceptione probare possint, se ab antiquo habere certo modo Ictiorem concurrentem, quemadmodum id de ciuitate Norimbergensi asseuerari potest, quae anno 1496. Iudicio prouinciali Norico, mediante Transactione Harrafiensi sibi legem statuit. *Das in denen haeblichen Sprüchen die Landrichtere mit dem Kayserl. Landgericht rechten und vollfabren mögen.* De qua re tamen Iudicium Burggrauatus cum ciuitate libus adhuc est implicita, dum pars posterior Electionem fori et Praeuentiorem *auf den Nürnbergischen Bauern - Gericht* adstruit, et in ipsa Praxi cum praedictis se fundare annititur. Concurrentiam ita probare satagit in verbis, de anno 1610. HERR IAN

COB GEVDER. Eine kohlerische Wittib. In puncto Vindicationis fidei commissi bey dem Kayserlichen Land-Gericht zu Onoldbach belanget circa idem tempus gedachter Geuder mit gedachter Kohlerin wegen eines Zehend-Streits und Schaaf-Wende zu Nürnberg verklaget ohne das Land-Gerichtlicher Seits, welches hiervon gute VVissenschafft gehabt, etwas dagegen wäre obmoviret worden, zur klaren Anzeige, das es mit Gerichtlicher Ventilung der klagen in Actionibus realibus promiscue und vwillkürlich ratione Electionis fori seye ex interpretatione Transactionis Harrasensis gehalten worden.

§. LX.

Propter Statum ita modernum Imperii, si onus probandi in exceptione Iudicio Rothwilensi deficeret, circa Euocationes idem iustum, quod alibi e Legibus Imp. obtinuit. Non moramur amplius Caesaris ICTIONEM antiquam, Priuilegia Iudicii Rothwilensis non nescimus, dum illud a Caesare Conrado III. institutum dictum esse Iudicium mere Caesareum, Iurisdictionem illius in omnes Status et Membra Imperii immediata fuisse extensum, Districtum quoque, eius vel Sueuiam, Franconiam, et Tractum Rhenanum quoad maiorem partem inclusisse, ast cum toties, quoties olim verum fuisse concessimus, Caesarem omnes mortales euocasse, euitum fuit, non idem competitte Iudiciis eius Maiestate concessis, iterum affirmare decet: Hodie tamen ad id attendere placeat. Nondum tunc temporis ICTIONEM Territorio circumscriptam fuisse, in qua

qua circumstantia Iudicia antiquiora tamen omnem salutem suam, et protectionem quaerere coguntur. Quare non omnibus illis, qui olim sub Banno Regio iudicabant, Prae-mentionem patuisse: Hoc enim illustrat illud, quod Euocatorum superiores, quando pro abolitione Decretorum Processuum, aut Priuilegio de non euocando supplicabant, non Ius suum Territoriale (quippe quod nondum existebat) sed tantum id questi fuerint, sua Iudicia Ius non negasse, adeoque longe maiore viae sumtumque compendio domi Ius reddere potuisse euocatos. Quis his praedeductis vel de illicita Euocationum methodo in regula dubitabit, cum ipse praeuideat, non solum ob Statum tam insigniter in Imperio mutatum, quam ob superioritatem territorialem nunc sit stabilitam euocandi extra locum Territorii Obseruantiae non amplius conuieri posse, quare in tam variis Status negotiis omni studio Membra Imperii eo connixos legimus, ut is obex poneretur, et saluum perpetuo maneat Systema Patriae nostrae. Perill. SENCKENBERG l. c. p. 1405.

§. LXI.

Dabimus ultra e Iure publico rationem, quare nec nomine Caesaris Iudicia prouincialia cum Rothwilensi, cuius Vicariatum in sua Potestate praeiudicialiter ostendunt hodie, amplius uti autem euocare iureque pristino potiantur. Beneficium illud primae Instantiae concessum ita est, ut nec coeco dubia sit iuris elargitio, consequenter et illum secundae Instantiae pradam, uti dicimus, aperte concessum asse-

uerare decet. Quo causa ad iudicem immediate superio-
rem, minus vero per saltum ascendat. Hoc Ius Status ho-
die tanto fauore dignum iudicarunt, vt Thesis ea sit nostro
Iuri Publico vbiuis conformis, quare illud nemini nec vllō
modo auferri permittebant, secundam Instantiam cum pri-
ma pari passu ambulare ex hoc patet, in Territorio subdi-
tum manere debere in prima, consequenter et in secunda
Instantia, monstrat illud habitus Territorialis, et veritas haec
ex definitione Instantiae ipsa dispalescit. Si enim Instantia
hoc loco nobis dicitur, si disceptatio causae apud inferiorem
Iudicem tractatae ad superiorem transferatur, et ita ibi de-
mum adeste potest, si Iudicium alterum alteri praecesserit,
vnusquisque intelligit Ill. ESTOR. *Diff. de Iure primi fori*
p. 24. Adest inde in Imperio obligatio Assessorum Iudi-
cium, neglecto ordine illo, quem putamus, decernere,
dass die Sache noch zur Zeit anbero nicht gehörig vel vti Pra-
xis Camerae Imperialis loqui affolet, noch zur Zeit abge-
schlagen, sondern soll an den Richter VORIGER INSTANZ
- - - geschrieben werden. Item sind, auf eingekommenen
Bericht die gesuchte Appellations - Processē abgeschlagen und
die Sache an den Richter erster Instanz dergestalt remittiret,
Ita quoque Aduocatos secundum leges Imperii Instantiam pra-
tereuntes stylus Praxis Cameralis in rectam viam per for-
mulam sequentem ducit. Abgeschlagen, sondern mag sup-
plicant, ob er vwill seine Nothdurfft GEHOERIGEN OR-
TEN (scilicet in foro competenti) suchen, vel mögen sup-
plicant, ob sie vollen, ihr Begehren gehörigen Orten anbringen.
Diligentissime hinc obseruant Archidicasteria Imperii, ne se
causae

causae cognitioni prius immisceant, antequam primam instantiam rite obseruatam fuisse ex Actis prioribus constet. Proinde recte iudicat celeberr. ESTOR. *l.c. p. 16.* dum perhibet, multo minus illos, qui subditi parent regni ordinibus primae Instantiae renunciare posse, et suprema statim adire regni iudicia, qualem iniustitiam et nos in eo tanquam in simili deprehendimus, si subditus contra officium et leges Imperii ad Iudicium Prouinciale Caesareum vel Rothwilense Ictiorem incompetentem et Territorio Principis inclusam, temere et desipienter prorogare auderet. Cui vsui enim hodie stante Iure Territoriali prorogationes voluntarias in medium proferemus, cum hodie tantum absit, vt illa de quibus diximus Iudicia hoc casu eiusmodi controuersiam tanquam in foro prorogatae Ictiorem tractare possint, si reus forte neglexerit se tueri primae Instantiae exceptione, vt potius si hoc facerent, infirmaretur priuilegium de non euocando, quo polent, (vti ex condigno deduximus,) ordines Imperii IOACHIM CHRISTIAN COCH *in praxi fori german. P. I. c. 5. §. 2. 3. p. 86.*

§. LXII.

Si contra Argumenta, quae hactenus propugnauimus, noster esses, B. L., Aduersarius, non nobiscum, sed cum Legibus Imp. publicis pugnare tuum erit negotium, dum tibi semper tot confirmatum beneficium primae, consequenter in sanae rationis conclusione et 2dae Instantiae beneficium opponant, atque minus patiuntur, vt id, quod in delegata et mandata officialis Status alicuius Ictiorem iustum esset, id in propria

propria et Territoriali ICTIONE deficeret. Consule modo *Art. V. §. 56. INSTR. P. W.* ibi: COETERA in aulico non minus quam in Camerali Iudicio priuilegium PRIMAE INSTANTIAE aufstregarum Iura et Priuilegia de non appellando (quibus continentur de non euocando) Statibus Imp. illibata sunt, nec per Mandata aut Commissiones aut Euocationes aut quouis alio modo turbantor. Idem in ore habet RECESS. IMP. NOVISS. §. 55. §. 116. §. 168. Idque cauetur in ORD. IVD. IMP. AVL. *Tit. II. §. 2.* Vnde vero illa cogitatio probabilis euaderet, nihilominus Iudiciis Prouincialibus vel Rothwilenfi licere pro lubitu euocare Statuum subditos, cum illud non liceat magna autoritate conspicuis in Imp. Archi-Dicasteriis, obuii erant Status illi libertati et arbitrio magna cura ap. MEIERN *Actis Comitial. Ratisbonens. T. II. L. IX. p. 106.* Ne in arbitrio huius Tribunalis Imperatorii Consilii Imp. aulici poneretur de primae Instantiae beneficio ex suo arbitratu decernendi, quare et Imp. Carolus VI. Gloriosiss. memoriae §. *Der verbesserten Reichs Hoff-Raths-Ordnung* Curas illas ordinum Imp. quibus cogitationes in seruandum primae Instantiae beneficium tam studiose contulere anno 1714. vtiliter approbavit, ibi. *Weniger nicht Priuilegia Aufstregarum primarum instantiarum denen Reichs-Satzungen nach, genau beobachten solle, damit dagegen - - - hinführo keine Beschwerde mit Grund der VVahrheit könne geführet werden.* FEEFFINGER *ad Vit. L. IV. tit. 7. p. 649.* Volunt igitur rei iudicariae Viri periti vt Statibus in Aufstregis suum beneficium, subditis coram Iudice competente sua prima Instantia vbique conseruetur, et Lex Imperii dum
de

de vno loquitur, quoque de altero siue mox de Status subdito, mox iura Territorialia curat. Euolu. L. B. de WERNHER *in suppl. ad part. 1. obseru. forens. 145. v. 56.* BOEHMER *vol. I. p. II. consult. 48. n. 24.* Neminem ex hodierno Statu Imperii primae Instantiae beneficio priuandum esse demonstrat Dominus LVDEWIG. *Consil. Hallens. L. III. Conf. LX. n. 38.* Nec primam Instantiam in causis subfeudorum esse negligendam item LVDEWIG *L. cit. L. III. n. 77. p. 951.* STRYCK *vol. II. Consil. XXII. col. 99. n. 14. Libr. I.*

§. LXIII.

Leges Imperii cum praxi id hodie extra dubium ponunt, neminem extra Instantiae ordinem et quidem neque Iudicia Imperii, cum de aliis sub adlatis circumstantiis nequaestio adsit, Ciuem Imperii ad cognitionem causae alicuius euocare posse, conceditur tamen illud Archi-Dicasteriis Germaniae in secunda Instantia ratione mediatorum dum Statibus in prima se sistere incumbit, si non negligitur Austregarum beneficium, non nescimus adesse causas, quae in prima Instantia mediati fundant forum Tribunalium Imperii; tacemus de aliis exemplis tanquam in Compendiis Iuris Publici vbiuis occurrentibus, vel de iis adiri potest Perill. Vice Cancell. HERTLING *in Diss. de causis, ubi mediatum in prima Instantia coram summis Imp. Tribunalibus conueniri potest;* Illustrans exemplum sint modo nobis causae fiscalinae. Statuunt alii fractae pacis publicae reum immediatum et mediatum, quod et ad violatores Pacis Religiosae extendunt Cameralis Praxeos commentatores, euocari posse ad Tribunalia Imp. suprema, addunt, licet alias mediatos per subfidales citari iuris sit, nihilominus violatorem eiusmodi immediate citari debere, hanc Imperatoris potestatem circa Euocationes mediatorum hoc seculo sub incudem vocauit CHRISTIANVS THOMASIVS *ICtus Hallensis dum fiscalis*

scalis Caesareus Viennensis occasione *Dissertat. de concubina-*
zu editae, Processum Citationis aduersus eum instituerat,
 vti conclusa monstrant, quae continentur in MOSERI *Reichs-*
Hoff-Raths Conclusis, citatus singulari deductione probare an-
 nifus; Imperatoris Maiestatem in fiscalis quoque causis
 magis limitatam esse, atque fors quisquam opinetur. Cum
 vero Serenissima Aula Brandenburgica Patrocinium praesti-
 terit accusato, remque eius cuitura videretur, filuit tandem
 fiscalis, quieuit, et ita labor ille prelo destinatus, in lucem
 prodire destitit.

§. LXIV.

Denique illud monere circa hanc materiam vtile arbi-
 trati, potius ad auocationum, quam Euocationum sortem
 referendum esse illum modum, vbi Imperator eos, qui lu-
 dicio aulico reseruata ad Cameram deducere audent ad se
 auocat. Agit de eo O. C. 4. P. II. tit. 35. INSTR. PACIS
 Art. V. §. 56. R. I. N. §. 166. CAPITVL CAROLI VI. Art. 16.
 Iudicium enim prius se pro vnico Iudice exclusa Camera in
 causis contentiosis habet, quae scilicet Reseruata Imperato-
 ris concernunt. Quare incompetentia fori Cameralis, Euo-
 cationis fundamentum sistit. Causas, vbi eiusmodi auoca-
 tiones vsu veniunt, recenset MAVRITIVS *de Iudic. aulico* §.
 13. seq. VFFENBACH *de Iudicio Aulico* c. 10. HENNIGES *Medi-*
tat. ad Capit. Iosephi Art. 41. Factum inde est, vt si Caesari
 cassatio Decretorum cameralium potius placuerit, quam
 auocatio, cassata, et pro nulla decreta fuerit sententia Ca-
 meralis definitiua, ita factum legimus in causa MANDER-
 SCHEID contra SCHWARZENBERG. *Dass weil dem Cam-*
mer-Gericht vermög der Reichs-Saz-und Ordnung keine Iction
über immediate Reichs-Graff und Herrschafften gebühre, sondern
nach alte Publicisten Lehre und der Reichs-üblichen Praxi auch
taeglicher Observanz sothane Cognition Ihro Kayserl. Majest. zu
 Erlaut

cogno-

cognoscere priuatiue iuste, und unter die Reseruata Imperatoris obstrengt gezeibet werden, so hätte Ibro Kayserl. Maestät ex plenitudine potestatis sothane Urthel gaenzlich cassirt, und für null und nichtig declariret. Denique addimus, quemadmodum Statum ipsum neque hodie amplius ad Iudicia extranea euocare licitum est, ita quoque vt ipse subditis suis beneficium primae Instantiae indulgeat, pariter iustum est, et, quod in se iustum iudicat, etiam in subditum suum statuatur, Imitantur Status Caesarem, vt circa caput Imperii ordo Citationis a legibus constitutus, ita et a Statibus obseruandus in Territorio suo.

§. LXV.

Angustia paginarum non patitur, quae restant e condigno, fufius pertractare. Ordo nos ducit ad hodierna Imp. Tribunalia. Olim in Germania Iudicia Curiae Imperialia innotescent. Prima vestigia se sistunt ab anno 1159. eo tempore Imperator Iudicem Curiae in Aula sua constituit iuxta formulam ap. GOLDAST. P. II. Statutorum 6. 24. p. 27. Alii per Iudicem Curiae Comitem Palatinum intelligunt in Aula semper Ictiois causa praesentem. SPENER in teutschen Staats-Recht L. II. c. 10. p. 171. Diffidationes in medio aeuo frequentes et ius manuarum pro lege valiturum Iudicia haec Curiae Imperialia fore extra exercitium tantisper posuere, vsque dum RVDOLPHVS I. et Iudicia illa dormientia, et pacem publicam feliciter restituit: PEEFF. ad Vitriar. L. III. tit. 2. p. 312. Ex iure enim manuario FAVSTR. RECHT formulae antiquae in tritura forensi hodie adhuc consuetissimae. Der Krieg Rechten, der krigisch Vormund, die Kriegsbeuestigung, die Kriegs-Verwandten. Dominus de LVDEWIG Reliquiar. MSCT. T. I. n. 87. p. 114. 133. Huius Iudicii Curiae Surrogatum credimus esse Consilium hodiernum Imperiale Aulicum de origine ipsius dissentiant Iuris publici Interpretes, alii illud anti-

antiquius, alii serius coepisse asserunt. Quas Lites componere studuit THOMASIVS ad MONZAMB. C. V. §. 21. p. 449. qui distinguendum suadet, inter Iudicium Aulicum qua vulgare, et qua eminens, prius est, vbi hoc excelsum Iudicium in causis priuatorum iudicare consuevit, illud, vbi Statuum causas illustres decidere ius, habuit. Casu priori esse vetustissimum hoc Caesaris Iudicium Aulicum, casu posteriori incunabula ipsius demum a Carolo V. petenda credit, cui consentiunt KEMERICH *Iur. publ. L. VI. c. 3. §. 5.* TITIVS *I. P. L. 7. c. 5. §. 2.* Iura igitur huius Iudicii facile essent cognoscenda, si illud pro surrogato Iudicii Curiae pristinae, vel tamen ad decempedam illius hodiernum dimetiariis.

§. LXVI.

De origine Iudicii Camerae Imp. vel omnibus constat, quare de eo edisserere merito supersedemus, competere ipsi concurrentem Ictionem cum Consilio Imp. Aulico nisi in causis exceptis, quas optime declarat REICHS-HOFFRATHS-ORDNUNG T. II. §. 1. itidem notum est, Assessoribus Camerae non solum vota consultatiua, sed et decisiva competere, vel Status Iudicii ipse comprobatur, inde est eos in Constitutionibus Imp. saepius dici *Richtere, Urtheiler*, sequitur exinde plurima vota in hoc Imp. Tribunali concludere et efficere sententiam definitiuam, ita vt Iudicii Cammerae a pluralitate discedere minus liceat. Sed quae restant alia vice nobis illustranda manent. Huic vero pertractationi nunc imponitur

F I N I S.








Bamberg, Diss., 1743-50

X 234 4188







IOH. HEINRICI BOCRIS, ICTI,
IN AVLA REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI EPISCOPI AC
PRINCIPIS BAMBERGENSIS CONSILIARII INTIMI, IVRIS PVBLIGI,
ET PRAXEOS PROFESSORIS PVBL. ET ORDINARIJ,
FACVLTATIS IVRID. P. T. DECANI,

DE 1749, 16
INDOLE AC NATVRA
IVDICIORVM GERMANIAE
TAM ANTIQVORVM, QVAM RECENTIORVM
AD STATVM IVRIS PVBLICI MODERNI,
SVCCINCTE EXPLICATA,
COMMENTATIO IVRIS PVBLICI.



CVM PERMISSV SVPERIORVM.

BAMBERGAE,
ANNO MDCCLII.